27 *Parato edulio.*) Generis vocabulum retinui, cum cum qualis eſſet forma κολλυρίδα non aſſequerer. Athenæus ſane libro 3. de panis variis generibus differens, ex Ariſtophanis Pace verſum citat de collyra, quam indeoſtendit ex paulbus fuiſſe. Poetæ interpres panis vel exiguum fruſtum, vel aliquid ex panum genere fuiſſe monet, quale pueris darerur: ut non male videatur torta panis verti in Latinis. Idem poſt eos κολλύβους appellari tradit, in eadem comœdia verſatus, quaſi mutilatos, id eſt, exiguos panes diceres. Cæterum κολυρίτης & verbi agnati mentio extat a. Samuel. 13. io Thamaris hiſtoria. & ante cap. 6. κολλυρίς ἄρτου nominatur. Sed hoc in Ebræa lingua חַלַּת לֶחֶם illud לְבִיבָה appellatur, quod poſterius ſorbitionem B. Hieronymus vertit, cum in priore vocem Græcam retineret. Et ſane ſane vocabuls diverſa. Quod capite ſexto nominatur, id panis placentam fuiſſe, videtur ex Levit. 2. & 8 capite, atque alias poſſe demonſtrari. Poſterior locus videtur oſtendere lagana fuiſſe, vel aliquid ex paſta farinacea coctum, quacum quo ratione: eibus quidem potius quam potus. nam profecto Amnon renuebat edere, non bibere, ut quidem verba ſimplicirer ſonant. Neque ego hæc annotaſſem, niſi B. Hieronymi auctoritas me, ut debuit, admoniſſet: & pato, ſorbitiones ſi quis edi etiam dicat, merito reprehendi non poſſe. Vocabulum a corde recreando ductum, & (ut ita dicam) cordiale aliquid ſignificare in Sancta lingua videtur. Sed hæc alii viderint. Jampridem ſcripſeram hæc, cum Adverſaria edita vidi, libros longe atiliſſimos, Adriani Turnebi, quem nuper reipublicæ litteraſiæ diſpendio amiſimus, virum doctrinæ & ſolertiæ incomparabilis. Ejus libri 17. initium cum noſtris conjungat Lector diligens.

28 *Annos Noto* XLV) Sacræ litteræ tantum XL perhibent, & nomina paulo aliter leguntur. Vide Geneſ. 26. in fine.

29. *Aſtrologia.*) Locus perſpicue mutilus. Iden aſteriſcum adjeci, quia aliud in præſentia vix poſſum. Poſt paulo, *qua equi decurrunt*: in Græco eſt, μέχρι τῶν ἱππικῶν δρόμων. In via quidē ſepultā ſcribitur Gen. 35. alioqui Græcā vocem, ſcio. Circum ſignificare: ſed hoc non quadrat. Quod Δόρμα δὲ eſt in noſtro codice, id apud Joſephum ſub finem 5. Antiq. l. κῆ τὰ ὁρμὰ δὲ τὰ Δόρμα δὲ legitur. Ebraica vox recte Græce redditur, δόρμα δὲ, ſicque & hic & alibi legitur Complutenſis editio. & eamdem fere habet Zonaræ lectionem.

30. *Fratrum*) Alia lectio in codice notata eſt, ὑδατικῶν, ſupra vocem πνευματικῶν, ſpiritualis.

Idæorum poſſeros.) Librarius, cui Judæorum nomen nimirum notius erat, utrobique Ἰουδαίων pro Ἰδαίων ſcripſit. quem vel Δακτύλων vox poterat a lapſu revocare. De Curetibus & Idæis dactylis multi multa: optime Diodorus Siculus lib. 5. fol. Græco 230. & præclare ex antiquitate interpres Argonauticorum Apollonii Græcus, annotationum in librum primum numero 42. ne alios cirem. quamquam ne hoc quidē gravabor adſcribere verba Clementis Alexandrini de primo Stromateon libro, hunc locum explicantis. Τινὲς δὲ μυθωδέστερον περὶ Ἰδαίων καλουμένων Δακτύλων σοφίζεται φάσκοντες γενέσθαι λέγεσθαι οἱ τὰ περὶ Ἐφεσίων τελετῶν γραμματεύσαντες, ἃ δὴ περὶ μυστικῶν ἔργων ῥήμασιν ἀπορρήτοις. Εἰ δὲ αἰνίττεται τὰ παρὰ τοῖς μυστικοῖς Δακτύλοις ὁ προσηγορεύσας αὐλούσας φρύγας δι' ὅσων ἐκ βαρβάρου οἱ Ἰδαῖοι Δάκτυλοι. Ἡρόδωρος δὲ ὁ Ἡρακλεώτης μάντιν τὴν φύσιν γενόμενον ἑτερόγλωσσον, ἀπαντᾶν τοῖς μὲν ἑκατὸν ἀνδράσι τοῖς τοῦ κόσμου κίονας, αἰνίττεσθαι τοῖς μὲν δέκα τὰ αἰρετώτατα τῶν μελῶν ἐν ἑκατὸν ἀνδράσι. Loquitur ibi de inventoribus artium variarū & philoſophiæ. De Curetibus etiam in Orphei hymnis invenient antiquitatis prophanæ ſtudioſi aliquid. Paulo ante, Multicorpores ad verbum reddidi, quos auctor πολυσωμάτους nominat: non enim vaſta modo corpora habuiſſe dicuntur, ſed & membrorum multiplici copia monſtroſa, Ægæon qualis, verbi gratia, nota ſunt Virgilii carmina.

Pars in tremoribus.) Ur hunc locum ſic vererē, cum vocis πελμοτικὸν movit etymon, tum Svid. me permovit reſtimonium qui, ex quocumq; tandem auctore (mihi enim non liquet) πελμὸν σάλτημα explicat, cum præſagitur quid præmonſtret ſubſaltatio vel tremor (verbi gratiu) oculi dextri: & alt, Poſidonium ea de re aliquid eſſe commentatum. Sane apud Theocritum quoque de amore ſuo bene ominans quidam ita alt: δέξατο δεξιὸς μοὶ δέξοις: id eſt,——oculus dexter mihi ſubſilit.——Cæterum quid divinationibus hujuſmodi tribuendum ſit, optime intelliges ex D. Auguſtino multis locis: & præcipue lib. 2. de doctrina Chriſtiana, c. 20. & tribus ſequentibus. Atque ibi quidem etiam ſalientium membrorum præſagia commemorantur. Itaque non oprimo jure carpi eos puto, qui ex Epiphanii Panario πελμὸν tremorem ſeu concuſſionem convertrerunt: præſertim cum eo quoque loco πελμὸς inter ea ponatur divinationis genera, quæ cum eurioſpicum doctrina & exterum paſpiratione non multum videantur habere commune. Porro Potipharem culinæ, aut ſi mavis coquorum præfectum nominavi ſecutus Græcam ἀρχιμάγειρον vocem. nam Ebraicum ſecus ſonat vocabulum, præſertim ſi Ortelo Chaldæo paraphraſtæ credimus: cui admodum ſuffragari viderur Jeremias, hoc ipſo ritulo Nebuzardanem appellans, qui a rege Babylonio miſſus fuit ad Hieroſolyma diripienda. nam ea res non (ut opinor) valde appoſita eſt officio magiſtri coquorum. Certe B. Hieronymus magiſtrum militum, vel exercitus vertit: & טבח mactare ſignificat, quo urnificio barbaros milites gaudere eriamnum ſcimas.

In Paluſtri gramine) ἐν τῷ ἕλει, quod vocabulum eſt etiam in Complurenſi editione in hac hiſtoria. Gen. 41. alii, interque hos Argentoratenſis (nam ad manum Aldinus non erat) ἐν τῷ ὄχλῃ legerunt. Librarius Cedreni in margine annotavit, ita ſe in exemplari reperiſſe, niſi incuria peccarum ſit. ἴσως ἔλυτα τὸ ἕλει ἐν τῷ ἀντιγράφῳ τῷ κἀμοὶ ἦν. Hieron. vertit in locis paluſtribus, ut quidem nunc etiam in Complut. lib. legitur. Nam in ejuſdem verſione Jobi cap. 8. quo loco hypocritæ juncis, & id genus in humidu viventibus plantis eleganriſſime compararur, idem quod hic vocabulum יאר, correctum legitur interpretarum. Quo quidem loco βάτους (de qua voce nihil hic agam) ſubſtituere Lxx. interpreres. Plerique prarenſem herbam intelligunt. Et Jobi quem citavi locus ſatis videtur demonſtrare, eſſe herbam de earum genere quæ & in humidis atque adeo aquoſis locis proveniant, & ſine liquore ſtatim ſua ſponte coneidant, ut carex eſſe non

31 πελμοτικὸν.

32

33 pag. 32. b.

Cap. 39.

Digitized by Google

poſſit: quando Columella caricem filici æquat, & ut undiquaque naſcentem ſuo tempore recte exſtirpari docet lib. 11. cap. 2. quod in Achu illud non videtur competere. Kimchi Ebræorum facile doctiſſimus, non abhorret ab iis qui pro loco (nimirum humecto & herbido) accipiunt. Hoc annotavi, ut meæ verſionis rationem afferrem: neque enim credo vocem ἄχνη eſſe LXX. interpretum. Paulo ſuperius ἄρτοι χονδρωτοὶ verti panes delicatos, quod ea vox non ſatis a me intelligeretur. & vero cum de Ebraica יערי Ebræi, tum de Græca GræciGrammatici non valde conſentiunt. Si farreos vis, aut aliceos, aut quovis modo interpretari, non impedio.

34 *A magno æterum.*) Hexametris verſibus oraculi ſententiam expreſſi. In Græco confuſa omnia ſunt & tamen non videntur fuiſſe ἔμμετρα.

35 *Injuſſa.*) αἱ ἐντολαὶ. ſed legendum apparet ἐπὶ. Paulo ſuperius, ubi ſcribitur forma Moſis captam Tharben Ægyptiis Sabbam prodidiſſe, annotantur in margine hæc: οἱ δὲ πάλαι Μωσαϊκοὶ τόλμαι φασὶ ἴδιον τὸ ἐφ' ἑαυτοῦ Βαρβάρων, ἐπὶ ἴδιον γοῦν δῶν τῶν ἕβδ ἐτῶν ἐμπόνων Ἰσαὰκ βασιλεῦ. Pulchricudinem Iſacii laudat, Imperatoris ſui, dignam ob quam ipſi, ut quondam Moſi, urbes a barbaris dederentur. hem argutias.

36 *De Corinthiis.*) Lapſus eſt memoriæ. non enim
p. 38. a. de Corinthiis, ſed de Hymenæo & Alexandro apoſtatis hæc dicuntur. c. Timoth. 2. Corinthium quidem etiam illum, qui inceſtum cum noverca conjugium fecerat, Satanæ tradendum judicavit idem Paulus, 2. Corint. 5. quæ loca confudit ἁμαρτήματι μνησικάκῳ ſcriptor noſter.

37 *Deus annus.*) Sophoclis verſus in noſtro codice turpiter mutilatos, integros legent qui volent (quis autem ſanus nolit?) apud Juſtinum Martyrem περὶ μοναρχίας (quo noſter alludit) itemque in Parænetico, & apud Clementem φορτικῶτερον, ac libro quinto Strumat. Mutilus eſt & ſequens locus, quod aſteriſco appoſito monui. Jannes & Jambres (vetas interpres legit Mambres, 2. Timoth. 3.) magi Pharaunis etiam a B. Auguſtino dicuntur, epiſtola CXIX. ad Januarium.

38 *Clade Dei ſecundum Davidum.*) Locus perſpicue mutilus. Davidica hiſtoria ſuo loco ſequitur. Sed neſcio quid Muyſi cum ea fuerit, niſi forte parva Geneſis aliquid habet. θραῦσιν, quæ vox rupturam, aut comminutionem potius & contritionem ſignificat, perſpicuitatis cauſa verti cladem. Locus de clade 14700 Ebræorum, eſt Numeris 16. ad finem. Deinde quod eſt in montem Nabam, legitur in Complutenſi Naβαῦ, Nabax, Deut. 32. & 34. In Ebraico Nebo, ideo in margine, Naβαῦ annotavi.

39 *Teſtata.*) διέσωσεν αὐτῷ δῆλα. neſcio an ſic locutus ſit Cedrenus. res eſt manifeſta, & pro ἐλλαβεῖν, hiſtoria fretus repono ἐπὶ θαβεῖρ.

40 *Paſtum Hordeacam.*) μαχίδα κεφάλιον. quod quid ſit, non pronuntio. ſane neq; a Græco, neq; ab ipſo Ebraico procul pato abeſſe meam interpretationem. Zonaras habet μαζὸν κεφάλιον. Joſephus addit, ὑπὸ Δίκτυλος ἐπιφωνοῦντος ἐβρώτου, quæ ob utilitatem ab hominibus pro cibo non ſinarparetur lib. 5. cap. 8. Porro qui ſequitur Madianitarum numeras eum
Edit. Pariſ. pag. 6. expreſſi ut reperi, 315000. verum is omnem non fidem modo, ſed & veriſimilitudinem excedit: quinimo etiam ſi pro myriadibus chiliades legas, ut ſit 315000, tamen amplior juſto videri poſſit. In ſcriptura ſacra exercitus non numerantur, tametſi maximum fuiſſe locuſtarum comparatio indicat. Joſephus quidem auctur eſt, occubuiſſe in pugna Madianitarum CXII millia. Ephod quid rei ſit, & quem uſum ſpectet, hic explicare omitto: cum iis qui ſacras litteras diligenter legerunt, non ſit obſcurum, & non multo poſt in Michæ hiſtoria vocem Cedrenus utcumque interpretetur. Poſt Orpheus vocatur βλωσυρὸς, Bryoſius, mihi prorſus ignota appellatione quam tamen mutare non debui. Et verſus hexametri qui ex eo citantur, miſerabiliter ſunt confuſi, neque difficile eſt primum ſic ſcribere.

Ὦ πῖξ Ἄστρωτ οὐ ἐπιστρέβλα φοῖβε κραταιέ.

poſt a τετράμετρα integer incipit. item ab ἄλλα, ſi χρησίοις ſcribat. Eſt & metrum a διδυμοτείχου utcumque conſtans, & cui proclive ſit ſuccurrere. poſtremum erit, Σοὶ σφαίρας, σοὶ δ', &c. verum reliqua languent. quæ ex ingenio emendare velle, non videbatur in præſentia commodum. In mea verſione, verſa ſexto pro *ſubis*, lege, petis. Extant ſane multa hinc inde apud Clemeutem, Juſtinum, Euſebium & alios Orphica. Si quis in hæc quoque alicubi incidet, en melioribus deteriora corrigat. Ego) niſi hallucinor) ſententiæ nullum attuli detrimentum. quæ poſt verſus ſequnntur Orphica, etiam apud Svidam leguntur in Ὀρφεύς, paulo licet aliter. Sed & qui de humana miſeria inferius erantur ejuſdem verſus partim integri, partim mutili, partim depravati ſunt.

Condita eſt etiam Tyrus.) In margine libra- 42
rius pro Tyro Tarſum annotavit, ſic· τοῦτο τὸ Τύρος ἐκτίσθη, ἤ Κύζικος, ἢ ἡ Ταρσός. quod monendum duxi.

Anno Samſonis.) Niſi forte ἐβδόμῳ pro ἔβδομος 42a
legendum ſit, quod non puto. Sed & ut ſupra Samanes quidam Samſonis ſucceſſur nominatur, Joſepho juxta ac Scripturæ ignotus. Elim a Samſonis morte cœpiſſe gubernare Iſraelicos, receptum eſt: & Joſepbus quoque id confirmat lib. 5. cap. 11. Jam quod mox liber primus Regnorum eiuitur, is quem hodie primum Samuelicum nominamus, ὁ πρῶτος τῶν βασιλειῶν, id ſuſpectum eſſe Lectori non debet. Vocabantur enim bi libri Regnorum, quod (verbi gratia) regnum Sauli, regnum Davidi, regnum Solomonis, &c. ordine deſcriberent. qua ratione & Regum libri appellantur. Sic librum Regum tertium Juſtinus Martyr in exburtatione allegat τρίτῳ βασιλειῶν ἐκκλησιαστῶν. & ſcripturam Regnorum beatus Auguſtinus aliquoties, ut 11. Retractat. 2. & LV. Itemque Regnorum libros, ad Januarium epiſtola CXIX. & alii.

Joſephus duos tantum perhibet.) Vel hic locus 43
eſt corruptus, quod puto: vel Joſephi codex, qui quatuor menſes habet, τετάρτου μηνὶ τοῦ Πλαατε- pag. 51. c.
νοὶ μῆνα τέταρτα. Liber quidem Judicum per- Joſephi lo-
ſpicue habet, & abſque ulla lectionis varietate, cus.
menſes 7 capite ſexto, Sed & filii Jechoniæ in hiſtoria non nominantur, tantum dicitur Berbſchemenſes fuiſſe. στηλαῖα, ad verbum eſt ſuffocari. forte πλησθῶσι, quod generis vocabulum cum Bibliaco melius congrueret.

Itaque in his angustiis deſperato.) διαπορηθέντος τοῦ 44
ἐγκρατεῖσθαι, vitioſe. quid ſi legas διαπορηθέντος p. 60. a.
καὶ μὴ ἐγκρατεῖσθαι. Ex Ebraico textu & Joſepho adhuc planius conſtare poteſt loci ſententia, lib. 6 Antiquit. cap. 7. Saulus miſerat ad Samuelem hoſtibus ingraecantibus, eumque ad ſe evocarat. is ſeptimo die ſe venturum reſpouderat, mandato ut interim hoſtiæ pararentur: quibus caſis hoſtem aggrederentur. Saulus, intetim ab ipſo dilabentibus ſxis, in magnis hærens difficultatibus, cum ſeptimus dies appetiſſet, necdum adeſſet vates, eum diutius ſibi operiendum non ratus, ipſe Deo ſacrificavit, diffideos nimirum vati, neque quantum oportuit ejus mandato deferens. quo factu Dei adverſus ſe commovit indignationem, &c. In hanc ſententiam Zonaras quoque ſcripſit. Poſt, *infeſtis armis*, ἐμφανίαις. De romphæa diſputat Cedrenus paulo infra, quo loco heroas Davidicos recenſet. *manus componeret*. reliqui Ebraiſmum, ne cui viderer andaculus. Senſus eſt. Juſſit eum omittere arcæ & ephodi tractationem, vaticinandi cauſa inſtitutam, cum jam de eventu pugnæ dubitandum non videretur amplius. Rurſum, *Omnis autem terra prandebat*: aſteriſcum appoſui loco & pravo & mutilo. Ebraica habent, univerſam & ex omnibus hinc inde partibus collectam ad Saulum multitudinem intraſſe ſylvam, in qua mel per ſolam fluebat. a quo tamen omnes ob votum regis abſtinuerint, dempto Jonatha, qui ejus inſcius guſtarit, &c.

Populumque ita.) Sic verti, ut plana eſſet ſen- 45
tentia, & quaſi οἱ δὲ λαὸς legeretur.

Cultus falſi numinis.) Sententiam reddidi. δαιμόνια ſcribe, quam Ebraicam vocem LXX. retinuerunt.

Vertis inſtrumentis muſicis) ἐν κιννύρᾳ ς

λματηρίῳ, ἢ πολλῷ: quæ quia nobis ignota ſunt, vocabulo generis uti malui. Cinnyram quidem decem fidibus conſtitiſſe, plectroque ici ſolitam: nablum duodecim babuiſſe voces, & digitis pulſatum fuiſſe, Joſephus memoriæ prodidit ζ. ἀρχαιολ. ι. Id ſcias obiter, ſæpe mę nomina propria nun ut ſunt in Cedreno, aut etiam LXX. verbone, ſed ut ſunt in Ebræo recepta poſuiſſa: ut Michol, Ramacha, &c. Cinnyra.

46 *Ubi ſtatuam.*) Hæc ſunt de poſterioris libri Samuelis cap. 18. ut facile apparest, locum hunc eſſe mirifice mutilatum. nam quæ mox ſequuntur de Heroibus Davidi, ſunt de ejuſdem libri cap. 23. vel 1. Paralip. 11. eſtque etiam in margine hoc annotatum, οἱ δυνατοὶ τῷ Δαβίδ, potentes, id eſt, fortes, & qui præcipua virtutis cauſa officia adminiſtrabant apud Davidum. Cæterum loca dicta cum Cedreno lector conferat ipſe, adjunctis iis quæ apud Joſephum habentur capite decimo libri ſeptimi. Diverſitatem eorum omnem annotare, non eſt noſtræ brevitatis: neque ita difficile, ut opera noſtra magnopere debeat requiri. pro τῶν ῥωμαίων αὐτὸς ἐνὶ τῷ τριακοντίῳ, legi τῶν ῥωμαίων αὐτὸ ἐνὶ τ. τριακοντίῳ.

47 *Cæterum Aſa.*) Perſpicue falſum. nam Abias Jeroboamum vicit, ut paulo ante ex 2. Paralip. 13. retulit. oeque eſt ibi ſcriptum, Solomonis imitatorem fuiſſe Aſam. Sunt & reliqua mirabiliter conſuſa. quibus illuſtrandis oqlui vacare, cum exteat ſo Biblis, & apud Joſephum, ſintque notiſſima.

48 *Zimaicam ſolitudinem.*) Mootem Sina habet Cedrenus, errore perſpicuo.

49 *Velandoque fatigatæ.*) Locus hic ſo Græco mutilus & depravatus eſt: & vexavit me, donec eum, cogitans ex Joſepho eſſe deſumptum, ibi ioregrum reperi lib. 3. cap. 2. Antiq. Adſcribam igitur, ut Cedrenus inde corrigatur. τῇ μετ' ἄλλων ὀρτύγων θλίψει, τρόπον τινὰ τοῦτο τὸ ὄρνεον οἱ ἐδίως ἕτεραι ὁ Ἀραβίων κόλπος, ἐφ' ἑκάστου δ' μετὰῤ δέκατον ἀνατελλόν, ἢ ὑπὸ πόνου τι ἄμα τῷ πτερύσσειν, ἢ ἀφόρητον μᾶλλον ἢ ἄλλων ἐπιφερόμενον ἐπὶ τοὺς ἐβραίους. Poſt paulo, inquit, multitudo coturnicum, qua ave oullam aliam Arabicus ſinus copioſiorem educit, tranſmiſſo quod interjacet mari advolat: & cum quod a volatu feſſa erat, tum quod propius terram atqua reliquæ volucres ſolet volitare, ad Ebræos deferrur.

Jothore ſocero.) Cedrenus monet, etiam γαμβρὸν Moſis eum dictum fuiſſe. & vero liquet, uxorem Moſis fuiſſe Jothoris hujus, ſive Jethronis filiam. Πενθερὸς & Πενθερὸς non modo ſocerum ſignificat: ſed & Herodotus γαμβρὸν Cyri Cræſum ait fuiſſe, ajus ſorori Aryenoidi matrimonio copulatum. Quo pacto & Euſtathius Eurylochum ſcribit γαμβρὸν fuiſſe Ulyſſi, maritum ſcilicet ſororis ejus Ctimenæ. Et apud Sophoclem Oedipus tyrannus Κρέοντ' ἐκυτῷ γαμβρὸν dicit: cum Creon Jocaſtæ frater ſnerit, Oedipi & θεὸς & γαμπρὸς ἄνδρος. Hos proprie καθ' αὑτὰ vocari, Euſtathius idem docet ad Iliad. ε. vers. 474. οἷος καὶ γαμβρὸς ἐών. Ibidemque ex tragœdia citat καθ' ὑπνους καλοῖς γαμβροῖς, quo loco γαμβρὸς ſocerum ſignificet. Ego quidem aliud tale exemplum nullum memini obſervare & γαμβρὸς non tam a danda, quam a ducenda uxore videtur dici: unde verbum ἐπιγαμβρεύειν, quod etiam in Evangelio eſt. πενθερὸς γαμβρὸς, κηδεστὴς. Edit. Pariſ. pag. 7. Matth. 22.

Scpphoræ Angelus.) Io Græco hæc habentur ad marginem: σημείωσαι, ὅτι εἰς τὴν κατὰ γνώμην κεῖται, ἢ συναντήσαντα τῷ Μωσῇ μὴ εἶναι ἄγγελον, ἀλλὰ τολμᾶν ὑφίστασθαι Σαμαὴλ, ἢ Βελιάρ, ἢ Μασελμαρὶ ἐστὶ δὲ Σατανᾶς: ideſt: Nota, in parva Geoeſi ſcriptum haberi, eum qui Moyſi occurrit, non fuiſſe angelum, ſed multiuominem quemdam Samaelum, Beliarum, Maſtelmanem: qui eſt Satanas.

Inde enim etiam præſtig.) Sic & Auguſtinus, ad Matcellinum epiſt. 7.

50 Manna. *Quod in craſtinum.* De manna hæc ſunt ad marginem: τὸ μάννα ὁ Φίλων ἑρμηνεύων, τοιοῦτόν φησιν αὐτὸ εἶναι ἢ τοιότητα, ὅσα κῷ ἢ φαντασίαν τὸ δίδοντα μετασχεῖν δυνάμεως μὴ καθ' ἑαυτὸ οὖσα ἰσχὺν ἐμφαίνοντα δὲ μᾶλλον, παρίχων τοῖς μὴ ἔρτος, φησὶ, χρᾶσιν, ἢ πρᾶσιν τοῖδε ὁ τοιοῦτος ἢ χαρακτὴρ τοῦ) πλὴν ἢ κῷ τῶν ὑποδημάτων ἰσχὺν ἢ ἐχθὲς, οἱ τὸ ἱδίωμα τοῖς καθ' ἕκαστον χρόνον τοιοῦτος ἀκριβῶς ἐν ἐφ' γνώσι τοῦ αὐξάνεσθαι δυνατὸς ζωοποιεῖν. Id eſt: Manna Philo enarrans, ea ait fuiſſe qualitate, quæ imaginationi edentis accommodaretur. Ita cum ſuapte natura milio in melle cocto eſſet ſimile: modo panis guſtum, nunc cujuſvis vel avium vel animalium terreſtrium carnis, alias oleris alicujus aut piſcis ſaporem atque qualitates cujuſvis generis proprias in ore edentis referebat. Cæterum adſcribam verba D. Auguſtini ex CXVIII. ad Januarium epiſtola. Valet etiam, inquit, ad hanc ſimilitudinem, quod in primo populo uoiculque manna ſecundum propriam voluntatem in ore ſapiebat, &c. quæ verba ipſe recenſens a Retract. 20. Noo, air, mihi occurrit unde hoc probari poſſit, niſi ex libro Sapientiæ, quem Judæi noo recipiunt in auctoritatem canonicam: quod tamen fidelibus potuit provenire, non illis adverſus Deum murmuratoribus: qui proſecto alias eſcas non deſiderarent, ſi hoc eis ſaperet manna, quod velleot. Locus libri Sapientiæ eſt cap. 16. & librum Philonis Ebræi creditum eſſe, vel ex D. Hieronymi Præfatiuncula notum eſt.

Qui aut Oſea.) vel Auſes, Αὐσῆ. Vide Num. 13. & Euſeb. 1. hiſt. Eccleſ. cap. 4.

Scythopolis antea Baſanis.) Σκυθόπολις legi cum ſcriptura videatur σκυθόπολιν habere. Qua vero occaſione hajus urbis mentio hic fiat, non habeo excogitare. Scythopolim arbem fuiſſe in finibus Galileæ, docet Strabo libro 16. ubi refere, quomodo Judæa Pompejus Magnus ſit potitus. Stephani verba ſunt corruptiſſima: apud quem tamen eſt, eam olim Βαϊσὰν (forte Βάϊσαν, aut Βαΐσαν) a barbaris vocatam Plinius libro quinto cap. 18. eam in Decapoli Judææ vicina ponit, aitque Nyſam prius fuiſſe dictam a Bacchi nutrice. Lib. 2. Machab. 12. mentio fit Scytharum urbis, hujus ipſius nimirum, diſtitæ a Hieroſolymis ad ſtadia 150. Ea ergo Baſan fuit olim, regia Ogi. Vide Joſephum lib. 4. Antiquit. cap. 5. & confer cum bis. facile intelliges Scythopolim eſſe Baſanem, caput Galadinæ vel Gaulonitidis, Galileæ imminentem. Vide & quæ de hac urbe infra Cedrenus in Oreſtis fabula refert. Sed hæc io Geographicis noſtris uberius, DEO volente. 51

Qui eſt Leviticus.) Atqui hæc non lo Levitico, ſed in fine Exodi leguntur. 52

Clytæmneſtram.) Malim Hypermneſtram. Sed hæc omnia perſequi nolo, ex poetis & libris ad eorum intelligentiam parandam ſcriptis repetenda, inque ſcholis ideo ocra. 53

Et manibus caſſus.) χερὶν ἀμφίσσατο ῥῆμα πτολίεσσιν Ἀθήνης. nihil habeo: ut neque de bove, Jove, qui ſequitur. 54

Eglon Zabulonius.) Elom. emendavi & ſupplevi hæc ex ſuperiori de Judicibus narratione, & Judic. 12. 55

Quibus arca.) Locus corruptiſſimus. Hiſtoria extat 1. Samueli libri primis 7. capitibus. 56

Trecenta Quadr.) Hic numerus, μυριάδες τρὶς: neque cum iis quæ ſtatim, neque cum iis quæ non multo inferius dicuntur, neque omnino cum veritate congruit. Joſephus lib. 3. Antiq. c. 10. habet numerum Iſraelicorum ἐννέακοντα μυριάδες, 900000. Judæorum τετρήκοντα μυριάδες, 400000. Zonaras horum, 500000. illorum 800000. oumerum concipit: quæ eſt Bibliaca ſumma. Cedrenus ſæpe variat, librarii puto culpa. Porro Ebraiſmum noo obſcurum retinui, quo viri gladium ſtringentes ideotidem in Scriptura dicuntur, qui ætate & robore ſunt militari. 57

Domino Deo.) In margine notatur alia lectio, τοῦ ἀνίκητος Κυρίου τοῦ Θεοῦ. Nomini Domini Dei, quæ eodem recidit. Deſampta ſunt hæc ex 1. Paral. 28. Cæterum Solomonis nomen paci τετραγράμματον eſt. 58

Mea paupertas.) In margine alleverat librarius (oiſi forte Cedrenus tam fuit facetus) τοιοῦτο ἀμοὶ ἡμοὶ πτωχίᾳ γένοιτο ὑπὸ Δαβίδ. hoc eſt: Divine Davide, utinam & mihi talis obtingat pauperras. Lepide profecto, & hiſtoriæ convenienter ἐπιφωνήσας. Taliserat etiam ſupra folio 32. ad Manaſſis & Ephraimi benedictionem annotatio. ὅμοια δὲ τούτῳ ἐμοὶ ὁ τῷ Ματθαὴ τὸ δυνηχεῖν ἐπικαλεῖται. Sic mihi quoque, inquit, exemplo Manaſſis puto adverſas

res ſorte obtigiſſe. Sunt & alia paſſim talia, quæ conſulto omiſi, nihil ſane lectorem iis præteritis defraudans: qui, ſi voler, utilius aliquid margini facile adjiciet.

Erat autem Davidus.) In margine, ἔλειπε ἐν τῷ ἀντιγράφῳ. id eſt, Deerat aliquid exemplari. Mihi autem profecto non videras hic aliquid deeſſe, ita ut mires librarii religionem, qui tam multa loca mutilata pro integris deſcribens, hic demum ſenſerit aliquid eaciditſe.

Aurei Ophiret.) ἐν σωφὶρ mendoſe ſcripſis, pro ἐξ Ὀφὶρ, duplici litteru non recte diſcerpta. 2. Paralip. 29.

59 *Neque exiſtimandum.*) Ad marginem annotatum eſt, Σημείωσαι, διαφωνεῖ πρὸς τὰ τοῦ μεγάλου Βασιλείου καὶ πολυτρόπως ἀτόπως γραφὰς· ἡμᾶς δὲ τί λέγειν. Senſus eſt: Hunc locum eſſe obſervandum, quia faciat ad rudium imperitorumque hominum (quorum maxima eſt multitudo) ſententiam de hac re fatuam & imprudentem refellendam. Hæc annotatio me præterita non eſt, cum ſit vera. nam profecto (ſi quid ego judico) locus dignus eſt animadverſione, utcumque hæc aliunde Cedrenus deſumpſerit.

60 *Pherecydes Syrus.*) ὁ Τύριος, mendoſe pro ὁ Σύριος, nam Stephanus teſtatur gentile ab Syro fieri Σύριος, niſi codex fallit: quod minime puto, cum ſic & apud Diog. Laert. legatur: & inſulam Syron Homerus Odyſſ. ο'. verſu 403. Syriam appellet: Strabonia opinionem ibi Euſtathio, & in Dionyſium approbante. Larini Syrum vocant Pherecydem, ut Cic. 1. Tuſc. ubi eum reguante Serv. Tullo fuiſſe ait, annis nimirum poſt Solomonem haud paucioribus cccc. Syrus inſula eſt una Cycladum, Delo, Rhena & Mycono ciacta. Vide Strab. luh finem decimi. Ibi Pherecydes ὁ Βαῖβυος dicitur, ut & apud Svidam: apud Euſtathium in Homer. locum citatum, Βαῦβαίνιος: apud Laert. lib. 1. in vita ejus, βάδυος. ur apparear, Badyn patrem ejus fuiſſe, & emendandos ex hoc reliquos. Vulgo obtinuit, eum ea Syria oriundum fuiſſe, nobili illa ad Euphratem Aſiæ regione. quam opinionem auxit B. Auguſtinus, Aſſyſium eum nominans, 111. ad Voluſianum epiſtola, & quidem Aſſyrium Virgilii ex Pollione amomum, ad ejus de immortalitate diſputationem torquens. nam lib. 3. contra Acad. eumdem Syrum vocat.

Edit. Paris. pag. 8.

61 pag. 83. b. *Et regavit in ſpelunca Moſis.*) Locum hunc aſteriſco inſignivi, quia prorſum eſt mutilus. verba hæc ad Eliam in Horebi montis ſpelunca delitescentem refero. quam eamdem Moſis fuiſſe receptaculum quidam crediderunt.

62a τρίσατος. *Qui a rege erat tertius.*) τριστάτης, ſic Ebraice docti interpretantur. nomen enim u resnario eſt. Joſephus lib. 9. cap. 3. Antiquit. τρίτος μοίρας ἡγεμὼν tranſtulit, tertiæ copiarum parti præpoſitum. Svide τριστάτης eſt ſtipator aut ſatelles ſeglus, ternas manu haſtas tencns.

63 *Mamefis N.*) Sic eſt in Bibliis. Sed & annos regum multo aliter noſter eodex habet notatos, quam veritas Scripturæ ſactæ ferat. Hiſtoriæ ipſæ legantur, quæ & hic & mutilæ, & non optimo ordine qua notantur, qua inculcantur.

64 *Cum computruerit.*) Non eſſe vel vera, vel in loco eriam ſuo allata, ea quæ de Judæa & urbe Hieroſoly morum diſputa nrur, cuivis perſpicuum eſſe puto. Hic autem Hieronymi verſionem ſum ſecutus, cum meus liber haberet, συμπεφθείς, Complut. apud Hierem. συμφθείς, Argeur. συμφθείς, quæ duo vocabula quid ſignificeur, non facile dixerim: & minime ferre locus videtus, ur deplorarum aut comploratum vertamus, (cum Heſychius ζέσαι μετὰ κλαυθμοῦ annotarir eſſe κλαίειν: & ζέσαι apud Homerum ſtillæ ſint, ſanguinoeæ Jovis lachrymæ Iliad. π'. 459.) verbum ζέω ſignificar λιπαίνω, ut Græci eruduni, uno. Ebraicum סרח indicat, ſore ut tractum ſeu raptatum projiciatur, nulla prorſus putredinis ſignificatione, ur conjicere nequeam, vel quid Hieron. ſecutus ſit, vel quomodo in Græca verſione legendum ſis. nam noſtri Cedreni vou prorſus eſt allena. Viderint peritiores.

In voraginem.) βόρβορον, quæ vox cœnum ſignificat. Fnit antem in ſoveam conjectus, non aqua, ſed cœno obſitam. Jerem. 38.

Minos Jovis & Europæ F.) Μίνως τοῦ Κρήτης ὁ υἱὸς ἰβασίλευσε. in margine τοῦ Εὐρώπης ſignatum erat, ita ut poſt υἱὸς inſerendum oli cuderetus. Credo ſcriptum fuiſſe ὁ Διὸς, non υἱὸς. fortaſſis etiam Europa uddita. res eſt nota. Scribam quod verti, in Græco eſt ταμίειον, notarius. & poſt λάρνα, lorum, ſicut alibi κοιτῶνα cubiculum. διαίτας dixit, imitatus διαιτᾶσθαι. Paulo inferius, *ſolemnem feſtivitatem*, πανηγυρίζειν, quod non ſcio quid ſibi velit. Poſt in Helenæ formu Ἑλένης gracilem verti, cum aliud noa ſuccurreret, neque de veſtiru hic agatur. nam graciliratem in mulieribus laudatam fuiſſe apud priſcos, notum eſt vel ea Terentio. 65

Simonides Ceus.) χῖος vitioſe legitur pro Κεῖος, aut ſaltem auctor erravit. nam Ceo inſula, nrbe Julide fuiſſe oriundum, conſtat ex probatis auctoribus, quæ inſula poſt Helenam prima eſt ab Attica Aſiam verſus. Errorem non annotaſſem, niſi pervulgatum etiam in aliis libris ſcirem. Palamedis rabula qualis ludus fuerit, non eſt adeo perſpicuum. Palamedis ludus Tali. πεσσὰς noſtes vocat tabulam, quod alii ἄβακα, menſulam. & verbum πεσσεύειν pro ludere talis in abaen, Turricula. uſiratum fuiſſe eu Euſtathio liquet, in primum Ulyſſ. ad verſ. 107. Apud Svidam in voce πεσσὰς invenies eadem prope quæ hic habet Cedrenus. Fuiſſe ludum talorum (πεσσοὺς) qui per turriculam in alveum ſen tabulam ſuppoſitam dejicerentur, ae prn linearum aut ſpatiorum varietate ludi varlam conditionem facerent, ſatis videtur apparere. Lineas fuiſſe quinque diſtinctas Euſtath. docet, quo dixi loco: quem vide etism in Iliad. β. ad verſ. 300 & Pollucem lib. 9. Talos verti, quod aliud vocabulum non habui, aliquin πεττούς, κύβους, & πεσσοὺς diverſa fuiſſe, non ignoro. Sed & hoc obſervavi, interpretem Oreſtæ Euripidei Palamedi inveutum κύβων & πεττείας promiſcue tribuere. Quamquam cur non verterem talos, cum pro me faciat Flaccus poetarum præſtantiſſimus? apud quem Volauerius ſcurra chiragricus,

—— *qui pro ſe tolleret atque* a. Serm. 7.

Mitteret in pyrgum talos, mercede diurna

Conductum pavit. Hunc pyrgum Martialia turriculam vertit, πεσσοὺς talos, quos Cedrenus per ἀστράγαλον videtur intelligere. Svidas ἀστράγαλον habet κύκλα notas intelligo talorum. & Svidas habet ἑπτὰ κοκκία, ſeptem granula. Ipſe vidi ahacum albis ac nigris diſtinctum quadratis, quo modo tabula ſcachica dividitur: eique ſuperne immineus infundibulum, per quod cubis (*die vorffel*) dejectis in abacum vel ſtrillum luderetur. μετεωροχύτης Cedrenus vocat, quod ἐπιχυθὲν Svidas, vocabulo elegantiori & magis aptn. nam μετεωροχύτης alibi ſic poſitum a probo ſcriptore vix puto. Locus Martialis (quod pene oblitus ſueram addere) eſt in Apophoresis, diſtichon libri xiv. 16.

TURRICULA.

Quærit compoſitos manus improba mittere talos:
Si per me miſit, nil niſi vota facit.

De litteris Græcis eſt aliua commentandi locus aptior. Cæterum aliqua deinceps loca ſunt mutila, quibus aſteriſcum idcirco allevi.

Falt Dictys.) In margine Δίκτυς, ἐξ οὗ Ὅμηρος ἀφορμὰς ἔλαβεν, τὴν Ἰλιάδα συνέταξεν, μετὰ πολλὰ ἔτη τὰς ἐκείνου Τροίας. id eſt, Dictys, a quo ſumpta anſa Homerus Iliadem compoſuit, annis poſt captam Trojam ꝛc. Ego ur non negem Dictyu, arque eriam Daretem hiſtoriam belli Trojani compoſuiſſe: ita perſuaderi mihi numquam patiar, at qui hodie iſtis tirulis circumferuntur libelli, pro genuinis, aut fide vel etiam lectu dignis habeam.

Civibus ergo infantibus.) ἀγαπήσαντων. ἀγαπᾶν eſt diligere. ergo ἀγαπήσαντων, aut aliquid tale ſcriptum ſuſpicor. Locus eſt vitioſus, hiſtoria ſeu fabula notiſſima. Oraculum ſenarius Jambia reddidi, ſententiam conſectatus. 61

Trajectaque Diabena.) Adiabenam ſcio regionem eſſe, quæ inter Tigrim & Euphratem fluvios jacet. Sic eam & Srephanus appellat, & Euſtat. in Dionyſium, & ulibi. de qua videndus A.u- 63

mianus Maſcellinus libro XXIII. apud Strabonem lib. XI. extremo prope Σιωλοὶ legitur, ſed vitioſe pato. quando etiam ejus epitome Δεῖλοὶ habet. Sed hæc alias. De Scythopoli vide ſupra annotata. De iis quæ ſequuntur annotare quicquam nolui, eum (ut alios plurimos harum rerum ſcriptores præteream) Dionyſius Halicarnaſſenſis libro antiquitatum Romanarum primo copioſiſſime Æneæ tes ſit perſecutus.

69 *Ene ka nea.*) *Ivro* habet codex, duplici ν. & annotavit Euſtathius ooo deſuiſſe qui pet duplex ν ſcriberent, tametſi magis probat unicum. Sed & aſpirari τὸ ι. a nonnullis, indicat, in verſum Odyſſ. ω. 307.

Τῶ μὲν φθίνοντε μῆλα, σπίδ' ἐτραπέτην,

70 qui extat etiam Odyſſ. ζ. Et Plutarchus Io Solone Indicat, enen ka neao eo notari, id eſt ultimum diem menſis, cum luna Soli congrediens & vetuſtiſſima eſt reſpectu elapſi menſis (ὅτε ἐστὶ, τὸ παλαιὸν) & reſpectu inoutis eadem noviſſima. Vide & Svidam, & alios. Verſus Ariſtophanis extat Nubibus:

Εἶτ' ἀπὸ ταύτου ἐν τῷ τριήκοντα.

Ac poteſt ibi videri quæ habeat Scholiaſtes. De eo die interpretantur Grammatici Heſiodum hoc,

Μηδ' ἀποβαλλέσθω τ' ἀέθλου, ἐς δ' ἔτυμον.

71 *Portulam.*) παρατιλαῖαν, quod ante παρατίλλω, *Edit. Pariſ.* Polybius μικρολὶν de ſimili re dixiſſe videtur. Nihil *pag.* 9. volui mutare, alioqui τὸν παρατιλαῖον ἀντὶ vel papilionem vertiſſem. Mirot autem ab Judithæ tecepta hiſtoria vasiare noſtrum.

72 *Cretacis.*) Κρητικὸν. Omnia hæc ita ſunt vitioſa, ut in iis emeodandis metuendum ſit, ne oleum operamque (quod ajunt) ludamus. & poſſunt hæc aliunde conquiri. Certe hoc videtur ſignificare, Myſos in Italiam tranſmiſiſſe. Telephus enim Myſus fuit. & Myſos ipſe Homerus Κρητῶν appellat libro Ulyſſeæ XI. de filio Telephi Eurypylo loquens:

—— πολλοὶ δ' αὖτ' αὐτὸν ἐτάρων
Odyſſ. λ' 520. Κήτεσιν κτείνοντο. ——

non diſſimulante etiam Euſtathio.

73 *Menſi a Deo.*) In margine eſt hoc adſcriptom: ὁρᾷ δὲ ὅλως ἐν τῇ ἱστορίᾳ ἱστορικῶς, ὅτι ἀπὸ τοῦ παρ' αὐτὸν τὸν μῆνα χλεύαν αὐτοῦ τοὺς, ἐν τῷ τελέμῳ ἀποθνήσκειν, Μάρτιον τὸν μῆνα ἐκάλεσαν. Μάρτιος γὰρ παρ' αὐτοῖς ὁ Διόνυσος ὀνομάζεται. Hoc dicit, Se apud alios hiſtoricos reperiſſe ſcriptum, dictum menſem Mortium, a morte: quod eo menſe hos deflerent, qui in bello ſuiſſent mortui. Mirum eſt, eum auctoris tam ſacræ etymologiæ nomen potuiſſe diſſimulare. Quæ ſequitur Citei deſcriptio, eam non aſſequor: & neſcio quid Græcoicarum inepiarum poſteriorum temporum ſapit. De quatuor aurigarum generibus, ſeu colotibus, tas nota eſt ex Latinis ſcriptoribus qualis ſit, & quando inſtituta. Itaque nihil annotavi. & a mendoſa lectione libere diſceſſi, quoties ex re fuit.

Littesa a ſignator.) ἀπὸ δεσμοῦ. Conjeci ſcriptum fuiſſe ἀπὸ Α σημείου. facile mutaturus, ſi quis
74 aliter expediat locum. Scio enim Varroni aſſem ab ære dici. In Ser. Tullio, *quatuor enim hic invenit cenſus luſtri.* τετραμήνου. forte τριμήνου.

Regnum ab ipſa affectari.) ὡς κίνησιν μηχανῶνται, ut qui ſebellionem cogitaret. ego κίνησιν ſuſpicabar ſcriptum eſſe. Sed aliis quoque locis tyrannidis affectationem ſic expreſſit. Locus eſt vitiatus, & natratio neſcio onde reporita. Longe quidem abeſt a reeepta iſtorum temporum hiſtoria. τὰ μηνῶν ἀφ' ἑαυτῶν καταγόμενα, neſcio quid ſit iſtud καταγόμενα. ἑαυτῶν Comitium verti. τὰς ὑπαρχούσας ἡμέρας. Lego ἐτέρας. Denique ubi ab hoc Februario menſem Cedrenus narrat appellatum, in margine adſcriptum eſt: καὶ τὰ περὶ τοῦ μηνὸς τούτου ἄλλως γέγραπται ἐν ἑτέραις ἱστορίαις, ἅπερ διὰ τὸ κίνησιν τοιαύτην αὐτὸν ἐπιθέσθαι τῇ τοῦτο μῆνα βουλεύεσθαι φάσκει τὸ τοῦ Διὸς λαχεῖν. τὸν γοῦν μῆνα τοῦτον οἱ Δυκιάρχαι, Θεσπιεῖς ἐκάλεσαν. In aliis hiſtoricis de hoc menſe alia inveni, quæ quia immenſa ſunt, adſcribere non poſſum. Hoc unum ſufficiet: Febrem Romani vocant magnum frigus. ideo menſem iſtum ut frigidiſſimum, Februarium dixerunt. Hæc ille. cætera aliunde huc afferre non eſt operæ.

Pſimi Seres.) Hi ubi ſuetiot, & quales, diſputabimus alibi. In margine erat, οἶκ οἶδα τινὲς εἰσὶν. Δεινὰ μανθάνω δὲ, εἴ τινές που τυγχάνουσιν. Id eſt, Neſcio qui ſint: ne mirum eſt, ſi cubi tales aliqui ſunt. Quid autem ſint Cabes, neſcio: oiſi ſi forte nomen eſt Indicæ gentis bominivoræ, neque Agelæos proprio ſic dicto nomine novi. Et hiſtoria docet, ante hæc verba *Cujus paludem*, aliquid excidiſſe. 76

Animalia naſci.) ζῷδια: quod haud ſcio an de Zodiaci ſignis voluerit intelligi. Cæterum ex Diogene Laertio, ea Plutarcho de Philoſophorum placitis, ex Cicerone & aliis, malo reperere lectorem ea quæ hoc pertinent, quam ipſe ei iſta annotando moleſtus eſſe. Nec mendas quidem omnes emendate hic inſtitui quatia ſunt de terræ forma, τὸ χεῖμα αὐτῆς ὑγρὸν εὐόγγυιον χωνδὲ λίθω παραπλήσιον. quæ aſteriſco nota vi Veteſus de Anaxagora ſunt Diog. Laertii. ſed diſticbon poſterius omiſſum eſt. Plato non procul a fine Phædonis, Socratem facit de illo quetentem, quod de Mente ſententiam non reniuiſſet. Sed hæc alio pertinent. Platonis locus, quem Cedtenus citat ex Legibus, eſt duabus a principio libri de Legibus quarti paginis. De diis deorum & Cæli progenie, locus eſt in Timæo. Locus de Jove voluctem currum agente, eſt in Phædri pagina quarta. 77

Hyrcano favebat.) Nemo non videt, peſſime hæc inter ſe cohærere. Ego ſatis habeo, lectorem ad Joſephum legendum abiegare. Vide librum Antiquit. XIV. ab initio. 78

Et Decembris.) Proſus eſt in Græco, & menſes ita utrinque numero recenſentur, ut erratum eſſe non poſſit videri. Norum eſt, hodie non Decembri, ſed Octobri ſex Nonas tribui. quæ opinio infra etiam perſcribitur. A. D. ſignificaot, Ante diem. πρὸ τριῶν, πρὸ μιᾶς, &c. etiam Græci hoc imitati dicunt: de quo alibi. Erymologias quoque noſtri auctoris in medio reliqui: quas ſi voluiſſem perſequi, qua comprobando, qua refellendo, prolixior ut eſſem opottebat, & aliquando Oedipus. 79

Tenes, qui Alphesboea.) Io Græco eſt τένης. Sed ego ſecutus ſum hiſtoriam. Belierophontis & Hippolyti res notiores ſunt, quam ut de iis ſit aliquid annotandum. Tenes autem, a quo inſula Tenedos nomeo habet, Cycni F. Neptuni N. fuiſſe traditur: qui novercæ de ſtupro ipſum appellanti noluerit obiequi, ideoque in mare a patre falſo crimioi ooverceæ credente in ciſta expoſitus, incolumis ad Inſulam Leucophryn delatus, ei nomen fecerit, ibique regnaverit. Eſt hoc apud Zetzam in Lycophronem, apud Euſtath. in Iliad. α. verſ. 38. qui Philonomen iſtam novercam, ab aliis Polybœam appellari oſtendit, etiam in Dionyſium. atque ita eſt apud Scholiaſten quoque Homeri, in dictum locum. Meminit & Diodorus Siculus in fine lib 5. ſed nomioe novercæ omiſſo. Noſter Alphesbœam vocat. quæ ſcripturo ſi ſit recta, nihil eſt abſurdi. Nam quod idem Peleum Aſtydamea abſtinuiſſe ait, eam Pindarus in Ode 4 & 5. Nemeis Hippolytam Cretheidem, Magneſſam Hip- 3. Carm. 7. polytam Horatius in Odis vocat. quæ hiſtoria eſt etiam apud interpret. Apollonii, num. 14. lib. 5. 80

Seu miſos.) μίσους. pro σπάστα, ſcripſi σὺς σπαστὰς. quid autem ſit μίσος hoc loco, neſcio. μισθὸς præmium ſignificat, τὸ ἄλλο vox vicinior. quamquam in ſpectaculis & certaminibus hujuſmodi rerum quoque miſſilium, quæ in populum emitterentur tamquam donatia, uſus fuit. Mappæ mittendæ mos apod Sveton. cap. 22. Neronis, & apud Martialem alicubi refertus. Meminteque etiam Tertullianus cum alibi, tum quaſi per adagionem, in extremo libri adverſus Valentinianos. 85

Repurgamenta.) ὄλλα res elementarias & materiatas vocat. σκύβαλον excrementum eſt, quod ut viliſſimum ſordeat & abjiciatur. ſicut D. Paulus humana ae caduca vocat ad Philippenſes ſuos: & apud Phocylidem σκυβαλίσματα περίζειν dicuntur, quæ adulatoribus & aliena quadra viventibus dantur. *Otaſulam*, cujus mentio fit, eacidit. Jam bixi-

latio-

lationes quid ſint neſcio · bigas & bigarias novi, de quibus loqui eum putarem, niſi mox eorum ſeorſim mentionem faceret · βιξίλα audacter vexilla reddidi, deſcriptione id ferente · Quanta fuerit Cedreni peritia antiquitatis Romanæ, quivis cernat · bixillationes poteram vexillariones reddere, ſed omitto ·

82 *Jam ſi velimus* ·) Totum hoc vitiatum eſt · neque deerant nobis fortaſſis coniectoræ emendandi, ſi totum computum (quem vocant) eccleſiaſticum excutere, & huc adhibere conſilium fuiſſet · Itaque quia id nobis alienum videbatur hujus loci; verba auctoris reddidimus · Ubi paulo infe-

Edit. Pariſ. pag. 10. rius dixi *Indictionæ* IV. in Græco eſt δ· ϟϛ· quod ſignum ſane nos agnoſco, ſed infra oſtendam pro indictione poni ·

83 *Toſt, Juſtiniano Imperatore Romano* ·) ὁπὶ τῶν βασιλέως · & lacuna ſequitur · Cæterum vel ex Cedreno ipſo liquet, excidiſſe hæc, Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου · nam res incidit in Imperium Juſtiniani Magni ·

Me puer Ebræus ·) Oraculum hoc mendoſe, ut
84 omnia alia oracula, ſcriptum eſt · primum verſum ſic legerem, Ἑβραῖος κέλευσέ με παῖς μαχαίρωσιν ἀνάσσων· ſed cætera male habent · Videre potes etiam Svidam in Λύκος, ubi pro ἀυδὸν, lege ἀίδω: ut videatur legi poſſe utrumque · Τόνδ' ἀίδω φράσαντα, τῷ δίδου ἀν-
85 δρὶ ἰκέσθαι · Tertius mancus eſt ·

Ebræorum ſeptimo ·) ἑβδόμῳ μὲν, καὶ Ἑβραίων δωδεκάτῳ · Ultimum vocabulum eſt mendoſum, neque video quomodo reſtituam · Ebræis September eſt omnino ſeptimus menſis, non minima ſaltem ſui parte · Tilet & Ethan vocant eum: ſed conjicere fuiſſe ſcripcum δὲ ὀδὸν, aut ὀδὸν, eſt durum ·

Subjuſſa ·) ἀπογραφὴ: ad verbum, frumenti colo-
186 re, quod vocabulum qualem colorem denotet, cum frumenti non ſit ſemper idem, non ſatis video · ſi quis doceat, diſcam ·

Ante Chriſti adventum ·) πρὸ χρόνου τῆς Χριστοῦ παρουσίας · numerus annorum videtur excidiſſe · qui minor quam CCL. eſſe nullo modo potuit, ut rationes Chronologicæ demonſtrant ·

Poſt biennium Herodes ·) Quid ſi legas, *Duabus ab ejus diſceſſu diebus Herodes* · &c. cum in margine ita adſcriptum, δευτέρᾳ δύο ἡμέραις ἀφ' οὗ ἀπῆλθον ἀπὸ τοῦ ναοῦ τοῦ Χριστοῦ γέγονε τοῦτο Ἡρῴδης ὁ βασιλεύς· Biduo (inquit) poſt Chriſti in Ægyptum fugam, intantes Herodes trucidavit · alioqui bimulos fuiſſe occiſos, notum eſt · ſed hoc alterum habet aliquid peculiare ·

Tertullianus ·) Locus extat non ita procul ab ini-
87 tio Apologetici · & apud Euſeb. II. Hiſt. 2. Græce exponitur, unde videtur mutuatus Cedrenus · Cæterum inde etiam conſtat, legendum fuiſſe χρὸ τῶν πάντων ἐπιτελῶν, μαθὼν · Poſt Herodias Cleopatra nominatur, non Icio an abſque menda ·

88 *A Joanne* ·) Perſpicue falſum · Lucæ 3. mentio fit anni XV. Tiberii · trieunium Chriſtum docuiſſe, non eſt ſacris litteris ex preſſum: nam ſi eſſet, ea de re non diſputaſſent patres · Clemens Alexandrinus ἐ. στρωμ. affirmat unicum annum a Chriſto fuiſſe Evangelium prædicarum: eoque vaticinium adducit de anno gratiæ, quod ex Eſaiæ 61. cap. recitatur · De Judææ & filios Herodis diſtributione, vide Joſephum ſub exitum libri XVII. nam quæ Geographica ſunt, alibi exponemus · Sed & annorum ab Adamo ad Chriſtum ſupputatio quæ ſequitur mendoſa eſt, & ibi non congruit, ſi ἀνὸ τοῦ μϛ· ἔτους Κύρου legas · & quidem toc annos Cyrus regnum non tenuit: ergo pro μϛ· reponemus α· Poſt, pro ἐν γὰρ τούτῳ τῷ διελθόντι ἐνιαυτῷ τοῦ ἑνὸς καὶ, &c. lego, ἐν γὰρ τούτῳ τῷ ἑβδόμῳ ἐνιαυτῷ τοῦ ἑνὸς καὶ·

Nam octies undecim ·) Locus hic lubricus eſt ·
89 quomquam de re tota longe rectius alibi diſputetur · Notæ quibus Græci utuntur in numeris ſignandis, partim obſcuræ pleriſque ſunt, partim ineptorum librorum deprayatione nimis quam obnoxiæ · ηϛ· eſt viginti novem cum dimidio, XXIX. S. & Δ· neceſſe eſt, ex te ipſa ut quadrantem deſignet.

Sed prof cto 8. multiplicata in 11¼ 90. dies efficiunt, quod eſt ultra tres lunares menſes adhuc dierum 11¼ tempus: alioqui conſtat menſem lunarem 29½, annum lunarem 354, ſolarem annum 365¼ dierum fuiſſe illo tempore, ad quod hæc referuntur: ut præciſa ratio hic inita nequaquam videri poſſit · Id monendum duxi, ne quis me aliquid diſſimulare putaret · nam & cætera hujus loci non iunt omnia integra · De Thraſylo Tacitus lib. V. & Dio noſter lib. LV. κλιμακτῆρας qui ſint, aut qui Latine vocentur, aliis explanandum relinquo · Plinium ego imitatus (quem vide libro 7. cap. IL.) & hiſtoriam, exprimere conatus ſum ·

Qui magicis actis ·) τερατουργικοῖς, qui notis 90
& imagnoculis magicis, aliiſque præſtigiis miraculoſa efficeret · Apollonii res ex Philoſtrato notæ ſunt · Iuſtra de Jannis patriarchæ præſtigiis in Michaelo Theophili F. τερατουργικοῖς λόγοις· & diximus alibi de hac voce plura ·

Ægyptius latro ·) Videtur de eo loqui, cujus Act. cap. 21. fit mentio · Et ex Joſephi lib. 2. cap. 23. de excidio Hieroſol. hiſtoriam eam repetunt Euſeb. lib. 2. cap. 50. hiſt. Eccleſ. & Nicephorus Xanthopalus 5. cap. 26.

Later Theram & Therafiam ·) Vide annum decimum Leonis Iconomachi · Cæterum ſcribit Plinius libr. 2. cap. 87. inter Cycladas anno quarto Olympiadis CXXXV, Theram & Therafiam coaras · Fuit autem hoc anno ab V. C. 516. quinquennio poſt finitum bellum primum Punicum · Idem Plinius ibidem ſcribit inter eaſdem poſt annos CXXX. (id eſt, anno 646. ab V. C. biennio antequam Cicero naſceretur, in fine belli Jugurthini) enatam Hieram, quæ & Auromate dicatur · Et ab ea (inquit) duobus ſtadiis poſt annos CX, in noſtro ævo M. Junio Silano, L. Balbo Coſſ. a. d. VIII. Idus Julias Thia. Ii conſules ponuntur ad annum 20 CCLXXI. ab urbe condita, Tiberii quintum. Quare Plinii locus, ſi non eſſet mendoſus, diſſentiret a communi calculo toris XV. annis. quod neque ipſius diligentiæ, neque aliorum ſcriptorum cum eo convenientiæ eſt conſentaneum · Dio Cocceius lib. LX. inſulam ait prope Theram ſuiſſe enatam Claudio IV, L. Vitellio III. Conſule, qui annus fuit ab V. C. octingenteſimus, aut (ut viſum aliis) 779. Loquitur autem haud dubie hac de re, & de Thia iſta. Plinii locus. Itaque videndum eſt, an non ſcripſerit Plinius *poſt annos* CL. abi nunc CXXX. leguntur · nam hoc quidem novum non eſt, CL. pro CLIII. poni, non exacte aut præciſe numeris annotatis · Porro Theram & Therafiam (neque hic loquor de ea quæ una ex Acollis fuit, Plinius 3. cap. 9.) inſulas eſſe duas, non unam ex Plinii lib. 4. cap. 12. facile intelliges, ubi Therafiam a Thera avulſam, interque eas primum Automaten, poſtea etiam Thiam enatas ſcribit · Claudiopolim Cappadociæ idem refert 5. 14. Xiphilinus ex Dionis Adriano nominat Cithynidem Bithyniæ urbem, quæ alias Claudiopolis dicatur · Et de tumultu Judæorum ſub Claudio, vide Joſephum lib. 20. cap. 4. autiquit. Euſeb. lib. 2. cap. 19. hiſt. Eccleſ. Apud Joſephum quidem tantum δύο μυριάδες leguntur periiſſe, XX. milia · Sed Euſebius habet, ut noſter ·

Atrocet per orbem ·) In margine, ἀπολογίζεται περὶ ἑνὸς τοῦ τῶν εὐαγγελίων· φέρεται γὰρ ἐν τοῖς τῶν ἑβδόμων τοῦτο· id eſt, Ejus temporis calamitatem ipſe quoque ratiocinor · Natura enim eo parata ita eſt, ut ſervi dominis ſint infeoſi · Nerva hoc edictum abolevit ·

A Joanade ·) Vide Jerem. 35. De Eſſæis lege 91
Joſephum lib. 18. Antiquit. cap. 2. & multo plura lib. 2. belli Judaici, cap. 12. unde noſter compilata tranſtulit · Ἰωνάδαι μυρίοις repoſui, cum librarius Cedreni ſcripſiſſet ·

Ad vetalum incontinentia ·) Locus eſt mutilus, 92
quem ad verbum expreſſi · neque enim vacabat Baſilium evolvere hujus rei cauſa: quod faciet qui hac diſputatione delectatur, & otium habet · Sed & Platonica mutila ſunt, atque adeo in margine adſcripcum eſt, ἀναφὲ ταῦτα πάντα χεῖδον

104 *Interfectus eſt*.) Qui a Maximino ad Philippum uſque fuerunt imperio Romano potiri, admodum obſcure & confuſe hic recenſentur. Cum autem in manibus ſint Herodianus, Capitolinus, Zonaras, alii, malo lectorem ad eos remittere, quam huc tranſcribere iſta: Pro Pupliano ex hiſtoria reſtitui Pupienum. Sed quid ſibi iſte Junior velit, non conjicio. Protectorum quidem, ut dignitatis, mentio apud Ammianum eſt ereberrima. Inter protectores domeſticos ſe quoque ſub Conſtantio fuiſſe indicat lib. 15. & ex ejuſdem lib. 30. apparet, fuiſſe gradum ad tribuniciam dignitatem proximum: apud noſtrum πρωτέκτορας dicuntur. Is Jovianum quoque ſub Conſtantio fuiſſe protectorem ait. Apud Marcellinum eumdem ſcholarum quoque palatiuorum mentio non rara. Satiſque liquere puto, Scholarum nomen legionibus, quæ perpetuo ſtipendio alebantur, tribuum fuiſſe: quarum præfectus Domeſtici appellarione ideuridem deinde afficitur, nonnumquam etiam ἡγεμὼν τῆς χωρὶς dicitur. Sed de Juniore non liquet mihi. Marcum autem, qui poſt Gordianum lectus fuit, tricinium imperaſſe falſiſſimum eſt: cum vel ex Zonara conſtet, eum nondum occepto imperio extinctum fuiſſe. Et Severus Hoſtilianus ſufficitur, cujus imperium eadem fuit conditione. Ita Cedreni librario Juſtilianus, a Zonaræ recte Hoſtilianus, ἑπτιανὸς dicitur. Certe pro ἑπτὰ, ἡμέρας, pro annis dies legendum puto. Quod ſupra eſt,

Protectores

Scholæ.

Domeſticus

Is fuit pater ſanctæ martyris Eugeniæ.) Quale ſit, ex Philippo Zonaræ diſces.

Ortus fuit Boſtris.) Βόστρον eſt etiam apud Zonaram: & Arabem hunc fuiſſe, ac Boſtra Arabiæ urbem, reliqui tradunt. & quidem Ammianus Marcellinus, ſcriptor diligentiſſimus, Boſtram Armeoiæ ingentem atque munitam urbem eommemorat, lib. 14.

Is ob corporis.) Ambiguum, de Sapore ne an de Philippo intelligi debeat. Zonaras de Sapore exponit. Valerianus autem hue non pertinet. Sed vel Zonaram hic Lectorem explicabit.

Miſiſcus Gregorius.) Neocæſarienſis epiſcopus. 105 Vide Nicephorum 6. 17. Quæ de Manete ſequuntur, fuor etiam in Svidæ collectaneis: quæ ſecuti ſumus, ubi rectius noſtro codice habere judicabamus.

Perturbi ad convivium.) Locus eſt mutilus. Paulo ante, certæ perniciei obnoxia verti, quæ noſter μετὰ κλαυσιγέλωτος dicit. 106

Herefin quatuordecim annorum.) nempe ut paſcha Judaico inſtituto ac die celebraretur.

Adauctum magiſtrum.) Αὔξητον, lego Αὐξήτιον, quæ eſt Euſebii 8. 11. littera v. vitio librarii extrita, & Latina, ideoque Italo noo male conveniens: quales ſunt Honorari, Conſeotii, Innocentii, alioram. Quod autem de ejus uxore & filiabus refert, id Euſebius capite ſequenti nequaquam his ttibuit, ſed aliis apud Autiocheam hoc modo ſtupro elapſis. Porro quid digoitatis ſit Magiſter, ex Euſebii de Audacto narrarione, & ex aliis colligere licet. Poſt in deſcriptione formæ Conſtantini Magni eſt, cum fuiſſe dictum τραχηλάν, quod Cervicoſum tranſtuli. Apud Aureol. Victorem eſt, Traculam fuiſſe cognominatum, ſed aliam ob cauſam. Hodie quoque magiſtri vel aulæ, vel equitum in aulis ſunt. & prædivites fuiſſe eos magiſtros, hiſtoria Xyluntæ in Leone Iconomacho doeet. Quod ad quæſtionem attinet, Auguſt. 1. 26. de Civit. Dei ait, ſe nihil audere de iis temere prouunciare, quæ harum ſimiles exitus babuerunt. Sed Iſta aliorum ſunt. 107 Magiſter.

Cordubæ epiſcopi.) Καρβάβης. ſcribere, Καρβαίβης. Loquitur de Oſio Cordubæ epiſcopo, vito magnæ iſto rempore auctoritatis, ut ex Euſebio & reliquis ſcriptoribus Eccleſiaſticis notum eſt. Vide hac de re Socratem lib. 1. cap. 7. & 9. Sozom. lib. 1. capite 16. Theodoritum lib. 1. 108

Annum atque octo menſes.) Sane ex hiſtoria 109 bujus belli liquet, fuiſſe diuturnum. quot autem conſectum meoſibus fuerit, non ſatis apparet. in Græco undecim & octo menſibus duraſſe dicitur, numero ſatis inſolenti. niſi forte primum undecim menſibus belligeratum, & poſt rupto fœdere rebellio facta, & octo menſibus oppreſſa ſit. Licinnium duobus n n ſcripſi, Græcum ſecutus codicem. alii unico n Licioium habent. Sed eam ipſam ſyllabam er, Horatius & longam & brevem in Odis uxtulit. *Sed ἐξίστησι ἀναστατώσαι*, nimirum τῷ κεφαλῷ: ſi quidem verbum recte habet. nam occiſum fuiſſe ſimplieiter traduot reliqui. κυριακὰς verti templa, ſuppiero nomine οἴκους. noſtrum *kirchen* inde eſſe deductum multo eſt probabilius, quã ab Eccleſia.

Indictione tertia.) ϛ΄. Hoc ſigno notari 110 indictionem, deprehendi ex Juſtiniani anno undecimo, (ἐνιαύσιον.) ubi agitur de magni templi inſtauratione, & Zonaras perſpicue Indictionem pro hoc ſigno habet. quod & aliis locis obſervabit attentus lector. Vide tamen Annotat. 120. Mox & cæt. Porro autem ad verbum omnia reddidi, oe quis temeritatis me accuſaret. Apud Zonaram eſt, annos 636. duraturam Conſtantinopolim, prædixiſſe Valentem, idque ex themate ſeu poſitu ſiderum in natali urbis eum judicaſſe. Hinc verba noſtri potes iutelligere. Quod de morte Criſpi dicitur, menda non videtur vacare. Coeſtar ex hiſtoricis, cum falſo a noverca Fauſta delatum crimine, quaſi pudicitiam ejus tentaſſet, capite damnatum fuiſſe. Et quid ſibi velit τοῦδέκα δὲ ἐνιαυσίας, non ſatis liquet. Vide Nicephor. 8. 29. Et quod obſcure ac conciſe noſter de Armeniis & Teridate refert, intelliges ex eodem cap. 35. De Perſis idem prolixe cap. ſequenti, ubi Uſthazanes dicitur, qui noſtro Οὐδαξάδ.

Ad fratrem Conſtantium.) Falſum hoc eſt, 110 & contra hiſtoriæ fidem. Conſtanti enim abſenti bellum inferens, apud Aquilejam ab ejus exercitu cæſus periit Conſtantious. & ſic paulo poſt recte legitur.

Pravæ de religione opiniones.) Κακοδοξία. Favit enim Arianæ impietati, & recte in margine additur, οἷμαι ὅτι τῶν πάντων ἐχάτων. Deplorat eum hoc uno vitio laboraſſe, quod omoium ſit ſummum.

In loco qui Macellum.) Scriptura perverſa. Ammianus non longe ab initio libri decimi quinti, Marcelli fundum vocat. legerem ergo Μαρκέλλου. apud Sozomenum, μαρκέλλῳ legitur, 5. a. ſed in eo ſcriptore nomina propria variari, non eſt novum.

Apud inſulam Thalamonem.) Apud Sozomenum legitur φαλάσσιον νῆσον, libro 4. capite 7. apud hunc & reliqua fuſius enarrantur. Marcellinus Gallum interfectum apud Polam Hiſtoriæ ait, prope finem libri XIV. 111

Quidquid in macello.) In margine, οἱ δὲ τὸ ἐχόμενον τῷ Ἀποστολικῷ ῥητῷ, τί ἁμάρτοι ἂν ὁ τοῦτο σφάξας Κύβρι; λέγει γὰρ παραπλησίως ὁ μέγας Παῦλος· εἰ δέ τις ἐμὲ κύριε, ὅτι τοῦτο οὐ δικαίως ἐποίησα, μὴ δόντος αὐτῷ. Id eſt: Quid vero, Cedrene ſapieotiſſime, diceres ad verba Pauli ſtarim ſequentia? Si quis dixerit vobis, Hoc eſt, idolis immolatum, nolite tangere? Magna profecto quæſtio, & multum habeus difficultatis. Vide Auguſt. Poplicolæ epiſtola ELIIII. 112 Edit. Pariſ. pag. 13.

Statim trulla.) Ne vel me impediram, vel alios, 113 bæc ad verbum reddidi. eſt enim oppido difficile bybridas voces, quas a Latinis Græci male aſſecuti & vitiantes ſuas fecerunt, recte exprimere. Ex Evagrii 4. 31. apparet, trullam eſſe δῶλον, ideſt rotundum faſtigium. Arbor Petſica de cujus miraculo inde refert, in margine ῥοδακινία appellatur. quod obiter annotandum videbatur. Trulla.

Elogia Inſcriptum.) Locus mutilus. Tarſi enim 114 hoc epitaphium ei factum eſt. quod vel Cydni mentio docere poſſit, ſi Zonaræ non moveremur auctoritate.

Itaque multi dicebant.) In margine, τοιοῦτον τι περιέχουσι Ἰουλιανὸς καὶ ἄλλοι ἅμα χρόνοι ἐγνωσμένοι, καὶ ἐν τοῖς ἔπεσι ἐκείνοις ἀγαθοὶ φρονεῖν μόνον ἐχρὴ τὸ ἀναμάρτητον. id. est: Tulẽ te noſtra ætas vidit auguſtiſſime Iſauci, quan- 115

quam reliquis quoque dotibus nemo tibi eſt confe-
rendus. Loquitur nimirum de Iſacio Comneno,
qui æqualis fuit Heorici quarti, annis abhinc circi-
ter quingentis. Quod annotavi, ut cum ſatis conſtet
verba hæc non ipſius eſſe Cedreni, ſed librarii, ap-
pareat codicem exemplari ipſo non multis annis
fuiſſe recentiorem.

Natoliam uſque.) Ita vocatur Aſiæ pars, quæ
Propontide & Helleſponto ab Europa dirimitur,
in qua eſt etiam Bithynia. Cæterum, cum his præ-
ter hiſtorias Marcellini & aliorum gentilium con-
terenda ſunt, quæ libro ſexto habet Eccleſiaſticæ
hiſtoriæ Sozomenus. apud eum proditores Procopii
Agelon & Gomarius, a magno, leguntur: 6. 8. Vide
& Nicephori librum undecimum, & Socratem lib.
4. Oraculum de Chalcedone ex Zonara emendavi.
quod etiam apud Socratem extat. 4. 30. Nymphæum
quid ſit, diſputat Cuſpinianus in Valente: citatque
locum Zonaræ, qui idem eſt apud Cedrenum, &
meo judicio diverſum ſentientes refellat.

Uſque ad Dacibyza.) Sozomenus, 6. 14. legatos
Nicomediam ad Valentem veniſſe ſcribit: navem 116
eorum inceuſam fuiſſe, cum medium Aſtacii ſi-
nus navigarent, & uſque ad Dacidam maritimæ
Bithyoiæ pagum perduraſſe. apud Suidam quo-
que in *Οὐάλης μέχρι δακιβίζων*. apud Nicephorum
legitur, ſica, ut apud Sozomenum. Paulo poſt,

Quæ interceſſerat magno Baſilio.) In Græco lo-
cus eſt depravatus, & Juliani nomeo alienißimum
a ſententia inculcatum. Ego hiſtoriam ſecutus
ſum, quam habet Sozom. 6. 15. & Nicephorus
11. 18.

Concilium in Illyrico.) Syrmii.

Domitæ Valentis uxor.) Zonaræ Domnina. 117
noſter *Δομνῖνα*, & alii Dominicam rectius appel-
lant. Quod autem dicitur fuiſſe Valeos
δημοβίᾳ, non ſane ſcio quid intelligendum det. *δημο-
βίᾳ* beſſem ſignificat. & ſi *ἡλικίᾳ* ætatem vertas (quod
alienum loco videtur) cur 50. annorum ætas *δήμοβρον*
vocetur, non ſatis apparet, niſi fortaſſis 75. anni ju-
ſtum hominis ſunt ævum. Et *αἱρετικὴ* initio Gratiani
vox prorſus ſuperyacanea, veritatique adverſa eſt.
Et quod de Theodoſio dicitur, falſum alii hiſtorici
oſtendunt. ac qui eum curavit interfici, is ab aliis,
non ut a noſtro Maximianus, ſed Maximus nomi-
natur. & ſic etiam noſter habet, anno Theodoſii
ſeptimo.

Urbem quibuſdam rebus contarbaſſent.) *Δι' αἰτίαν* 118
τινὰς, eſt apud Zonaram. Noſter habet *διά μετά-
τινα*, quod quid ſibi velit, non aſſequor. Hiſtoria
hæc eſt præter cæteros apud Theodoritum lib. 5.
cap. 17. Hiſt. Eccleſ. apud Sozomenum 7. 24. Ni-
cephorum 12. 40. ſed *μετάνοια* nullibi quadrant. niſi
certamen circenſe mutaton dixerit, a metis quibus
id includeretur ut ſupra Annot. 99.

Morbis male tractati.) *Κακῶς διακείνων*. potes etiam 119
vertere leproſos. Nam *λαιβὸν* aliquoties pro lepra *λαιβὸν*
κατ' ἐξοχὴν dicunt hi ſcriptores. Exemplum habes
de lepra Conſtantini Magni.

De nummis Victoriatis Theodoſii divinavi. qui 120
aliquid rectius proferet, a me laudabitur. & de or-
namentis Urbis nolui curioſius omnia perſequi, aliis
intentus, quam hiſce parergis.

Hoſpitalis illa.) Videtur loqui de Placilla Au-
guſta, Theodoſii uxore.

Unde habebat nomen.) *Ἔνθα ἐχρημάτιζεν κλίνων*. for-
taſſis rectius, Ubi convivia celebrabat. Poſt,

Et vultures.) Magis videntur quadrare *γρῆπες*,
gryphes, quam *γύπες*.

Ibi porta eſt.) *πύλη*. malim *τύλη*, ſtatua.

Conſtantinus poſuit magnam crucem.) *οὗτος ἔστ ὁ*
τοῦ ἀρτεμιδίου, adſcripſit librarius margini: oſten-
dens ſe nam Crucem putare innui, quæ poſita eſt
quo loco panes venduntur.

Rurſum alii adoleſcentes.) Senarii ſunt in Græ-
co, ſed quales omnino poſtrema ætas protulit, &
paulo poſt alii ſequuntur de Sole & Luna. &
librarius annotavit, *τέτα τοῦ ἀνάγνω ἀνδρὸς ἀκριβῶς*
κακά. vulgo ſua ætate aiebat, quaſi ventorum
viam dicas, vocari.

Socero Cari.) Imo Numerianoi, qui hujus fra- 121
ter, Cari filius fuit, gener Apri. omnes hiſtori-
ci. Sed & quæ ſequuntur ita obſcura ſunt, ut ſi rem
non acu tetigerim, ſaltem veniam videar meri-
tus.

Pauca quædam de ea.) In margine, *ὅτι τοιάδε* 122
λόγου ἐπιτίθεν βασιλεῖ, ἀφ' οὗ ἐχρήσατο. Profecto lo-
cutus eſt coram regibus, & non erubuit. Alludit
ad Pſal. 118. Sed quod de Indictionis ſequitur ety-
mo, eſt ridiculum.

Præſumptionē.) *φαντασίᾳ*, id eſt opinione, non 123
ratione certa & explorata, ſed ob auctoritatem re-
ceptæ conſuetudinis valeoti. ſic uſurpavit etiam
Juſtinus Martyr ad Zeoam, & noſter ſupra. Theo-
philus autem hic fuit Alexandreæ epiſcopus. Nice-
phorus 13. 4. Sozomenus lib. 8. qui liber cum hiſce
hiſtoriis eſt legendus.

In colloquiis arrogans.) In margine, *Σφόδρα δι-* 124
καίως κείμενον, ἀ τῶμ κακῶν. Senarius eſt, indicans,
præſtare ut ſuccenſeat tibi probus, quam ut malus
te honoret. Item: *αἰκλοσυνὴ γὰρ δὴ τὰ πολλὰ, ὅτι*
καὶ εἶμι σοφὸς παλαιὸν ἀλήθειαν. Veritatem enim co-
lebat, juxta illud: Os ſapientis loquetur veritatem.

In querca.) Chalcedonis erat ſuburbium. So- 125
zom. lib. 8. cap. 17. Ex eodem & Niceph. 13. cap. 16.
Prænetum ſcripſi, cum codex habet *Πρανέτου*.
fuit Bithyniæ emporium. Sed & ſub finem Leonis
Icoomachi rurſus Prætoetum ſcriptum eſt in no-
ſtro. Hebdomum autem, cujus meotio haud mul-
to poſt infertur, fuiſſe ſuburbium Conſtantinopolis,
ex Cedreni ipſius multis locis obſervatum eſt, ne
alios ſcriptores allegem. itaque ut proprium retinui,
non converti. & Comana Armeniæ urbs eſt, Sozo-
meno fine libri octavi, ac Nicephoro 13. 37. quod
annotandum duxi, ut Zonaræ loco mutilato ſuccur-
rerem. Socrates ad Euxinum pontum collocat. 6. 21.
Aliquanto poſt,

Adverſas mihi cognominem.) Iſidori verba hæc 126
non intelligo.

Succedit Arſacius. *μεθ' ὃν οὗτος* eſt in margine, qua- 127
lis quali. Et quidem Sozomenus minime malum
fuiſſe refert, niſi quod alienæ peccata eum inſaniem
fecerunt. Vide 8. 23. Sed hoc ipſum quod hic in
margine eſt, Simeonis cujuſdam eſt, ut legere potes *Edit. Pariſ.*
apud Nicephorum 13. 28. *pag. 14.*

Galbes.) Cur hunc ſceleratis annumeraret, non 128
video quam juſtum habuerit cauſam. *γάλλας* eſt in co-
dice. & vicinius non habebam, quam *Γαλβᾶν*.

In Comædia.) Apud Ariſtophanem de Pericle. 129
Quod ſequitur in Eudociæ hiſtoria de Paulino Ma-
giſtro, obſervatum eſt ex Zonara, Ammiano, aliiſ-
que ſcriptoribus, Magiſterium aulicæ poteſtatis ac
dignitatis primariæ nomeo eſſe. Quod ad pomum
uttinet ab Eudocia Paulino dono datum, apud Ni- Magiſter.
cephorum lib 14. cap. 23. legitur non pomum, ſed
ovis. & ſane *μῆλον* utrumque ſignificat. Narratio ta-
men Cedrenians maxime omnibus ſuis circumſtan-
tiis magis de malo, quam de ove videtur eſſe. Quod
apud Nicephorum legitur Eudociam murito re-
ſpondiſſe, domi ſuæ munus ipſius ſuaviter paſci, ſi
ita eſt in Græco, omnino de ove accipiendum vide-
tur. Quomodo Græcu ibi habeant, neſcio. Certe
Zonaræ itidem ut noſter habet, reſpondiſſe Eudo-
ciam, ſe τὸ *μῆλον* comediſſe. quod de ove reſponſum
quis credat? & apud Nicephorum poſt cap. 49. hoc
ipſum *μῆλον ἐρῶν* appellatur, ut eſt in margine an-
notatum. & ab Eride fuiſſe pomum in nuptiis Pe-
lei propoſitum, notum eſt. atque ab ove ad pomum
ambiguitatis occaſione luſiſſe auctorem, non valde
videtur probabile. De eo moneodum lectorem du-
xi, ne me nullo conſilio u Nicephoro Latino diver-
ſum ſcripſiſſe putet.

Sao Syncello.) Is fuit, niſi fallor, Anaſtaſius 130
presbyter, cujus mox mentio fit. quid ſit Syocel-
lus, prima annotatione docui. Hæc autem hiſtoria
in codice ſatis eſt confuſe & conciſe. utiliter leges
juxta Socratem lib. 7. cap. 32. & deinceps. ac Eva-
grii lib. 1.

Augaſtæ Scholaſticus.) Rhetor, Nicephoro 14.
32.

Digitized by Google

Proclus ad exponendum excitatus.) φορτικὸς τὰ ἐξηγήσασθαι. Proclus Cyzici fuit epiſcopus, & Byzantii honoris (puto) cauſa orationem ſacram ad populum habuit, præſide Neſtorio, vide Nicephor. Idem de Euſebio Dorylai epiſcopo, 14. 47. Et Evagrius 1. 9.

131 *Sacram epiſtolam.*) Sic aliquoties vocantur edicta Imperatorum de rebus Eccleſiaſticis. σάκρον, διμανδὴ ις, &c. lego. In Eccleſiaſticis hiſtoriis divales ſacras nominari eas obſervavi. Oaſis in Arabia eſt. Zonaras.

132 *In Anaplo.*) ἀνάπλῳ, interpres Nicephori Tranſirum vertit. 15. 22. apparet fuiſſe ſuburbium Conſtantinopoleos.

Summque bajulum.) Equidem ſic eſt ad verbum in Græco & forteſſis ita notarus is, cujus operæ omnia Imperator committeret, *der das* ſac rorum *vvere*. Papa autem hic clericum ſignificat, *ein Pfaffen*: quomodo Auguſtinus & alii in epiſtolis periæpe utuntur. Zonares diſerte ſcribit, clericum factum fuiſſe Euphemium apud Chalcedonem colleqii. Quæ ſequuntur narrationes, male ſunt affectæ in Græco.

133 *Hypogothos.*) Forte Viſigothos.

Aburis.) Inde Avares ut Serbi pro Servis, & alia.

Vaſorum cuſtos.) σκευοφύλαξ. Nicephori interpres habet cuſtodem ſacrorum donariorum. 14. 47.

134 *Cyrilli inimici.*) τὸν τοῦ συγγενοῦς Κυρίλλου. Lego p. 178. 2. δυσμενῆ. & legitur in hanc ſententiam Nicephorus.

Zumnas.) In eclogis Theodori Anagnoſtæ, principio ſtatim, Taumas dicitur interfectus a Pulcheria.

Poſt eum avitar.) ἄδιξεν. ſed ſecutus ſum emendatiores ſcriptores. Eudoxiæ quoque nomen hic 135 pro Eudocia ſitum eſt, quæ confuſio eſt alibi quoque obvia. & quod mox dicitur Anatholius ſucceſſiſſe Attico, aperte eſt mendoſum: Nam Chryſoſtomo Arſacius, deinceps Attieus, Siſinnius, Neſtorius, Maximianus, Proculus, Flavianus Anatolius ſucceſſerunt. Poſt mentio fit Timothei Æluri, in margine eſt, ἱδιόλεκτος τῶν ὑποκειμένων τοῦ ἱεροῦ φραγκιπάνου. hoc ait, cognomentum a ſceleroſiſſimo illo fuiſſe factit repræſentarum, ſignificat autem æiurus catum, ut vulgo vocamus: & artes ejus animalis notæ ſunt, atque ingenium. De incendio Conſtantinopolitano confer Evagrii 2. 13. In Eclogis Theodori legitur Θωμᾶ ἐπὶ Λαμπετίου.

136 *Tropariorum.*) id eſt, ſacrorum Hymnorum ſive carminum. ſic infra 137.

137 *Auri 650000.*) ὑπὲρ ἑκατοντάδων χιλιάδων ρξε. Duplicarem ρ ρ poſitum eſt pro nota centenarii. ſultque vertendum auri centenarios LXV. & argenti centenarios LXX. Id cum ipſa re deprehendi, tum ex repetitione hujus notæ infra in Michaelo Paphlagone, de avaritia Theophanis metropolitæ Theſſalonicæi; ubi idem cum libra fuiſſe apparet. neque eſt ignotum, libram etiam minam fuiſſe. Repetitur poſtea Zoæ poſt Calaphatis mortem imperio, ubi memorantur centenaria ΔΙΙΣ-ἑκατοντάδα χρυσίου differte. Apud Procopium eſt, Leonem io hoc bellum millia trecenta erogaſſe, lib. 3. de bello Vandalico. apud Nicephorum 15. 27. mille & duceoa centenaria auri pondera. Hæc quam inter ſe & cum Cedreno conſentiant, ignoro. Quod ſi horum ſcriptorum alterutrum Græce liciuiſſet audire, fieri poterat ut faciliasdivioarem.

Sed & quod de Aſparis filio ſequitur, male congruit cum aliorum hiſtoricorum narratione, & Zonara Nicephoroque in primis. viderurque prorſus eſſe aliquid ex mutilatis verſibus conſurum. Euthymius monachus fuit, de quo hic loqui Cedrenum conſtat ex Nicephoro 14. 32. Et quod Auguſtulum ſcripſi pro Auguſtalio, auctores correctiores ſeeurus ſeci: ur & pro Berenica, Verinam. Quod Zeno dicitur Imperium per annos 27. tenuiſſe, verum non eſt. Sed pro ζ ſcribendum ιζ'. 17. non 27. teſtes hiſtorici, & nominatim Evagrius, 3. 29.

138 *Cum typis.*) id eſt, edicto univerſali, quod mirum ad omnes pertineret. τύπος χαλκοῦς Theodorus anagnoſta in hac ipſa hiſtoria vocat: ſæpe admodum hoc vocabulo utitur Cedrenus, & τυπικὸν pro edicere uſurpar aliquoties. Nicephorus, ut in margine verſionis annotarum deprehendi, ἐγκυκλίοις συλλαμβάνει. quarum & exemplum refert capite tertio libri decimiquinti. Poſtea generale edictum appellavi. Vocat & Evagrius circulares epiſtolas. ἐγκυκλίου ἐπιστολὴ cujus librum rectium conſule.

Cæterum Euthymius.) Euphemius legendum, ex Nicephoro, Zonara, Theodoro, Svida, Evagrio. rametſi ioſra in Anaſtaſio rurſum ita legatur. Cærerum Silentiarium faiſſe non magnæ digaitaris officium, ioirio Anaſtaſii monet Zonaras. Cuſpinianus quæris miniſtrum vertit, & eſſe putat quem Jariſconſulti Viram clariſſimum ſacri palatii nuncupent. & ſic apud Procopium lib. 2. belli Perſici legitur, Adolium Armenium fuiſſe Imperatoris in palario ad ea quæ ſunt quietis miniſtrum, quod munus Romani Silentiarium vocent. Sed quid Græca habeant, ſcire expediret. Alii, meo judicio, non inepte Scribam aulicum, hoc eſt, eum fuiſſe putaor, qui nunc Secretarius dicitur. rectius Σιλεντιάριον ſcribi puto, quam Σιλεντιάριος. Certe in Leone Iconomacho Σιλεντίου πομπὴ, decrerum ſcribere ſignificat, ubi Leonis cum Germano acta referuntur. 139

Qui vocantur Nephthalitæ.) Quæ antecedunt, 140 mutila judicans aſteriſco notavi. Hi autem Hunni Perſarum vicini, a Procopio lib. primo belli Perſici Euthalitæ vocantur, ut quidem in Volaterraoi legitur verſione. Nam etiam apud Nicephorum ſunt Nepbthalitæ, 26. 36. & apud Svidam ex Joſepho genr ad Orienrem habitans commemoratur. *Edit Paris. pag.* 15.

Canis obolos ſex.) ὀβολοὺς, ſolles. Hujus monetæ memineruot etiam alii auctores, & lege finem Cononis Iconomachi apud noſtrum. Quin & Svidas docet, ſollem eſſe obolum. Idem reſtatur, Timotheum Gazeum grammaticum iſtius tributi cauſa 141 Follis. in Anaſtaſium edidiſſe tragœdiam, in Τιμοθεῳ.

Tyrannos opera Joannis Scythæ.) Scythæ legitur apud Evagrium, 3. 35. & in Eclogis libri ſecundi Theodori anagnoſtæ. Loquitur autem de Longino Zenonis ſretre, ejuſque ſocio Theodoro, qui Iſauris concitatis rebellabant: quamquam Zonaras Longinum hunc a Zenonis ſretre diverſum faciat. Aretham puto ducem Perſicum dici, qui Nicephoro eſt Zarerhos, 26. 35. Amida urbs eſt Meſopotamiæ. de bello hoc Perſico Procop lib. 1. copioſe. Perculſorem Macedonii non Aſcholium, ſed Eucholium lego in Eclogis Theodori, Εὐχόλιον. & pro ἱππουλαίου ibidem rectius ἱππουβάτου. De Anaſtaſiopoli, a Niſibi ſtadiis 120. diſtira, Procopius loco citato. Quid ἀμφία ſint, Svidas videtur docere, cum ταμεῖον interpretatur: & Græce in Pandectis pro horreo ponitur. alioquin putaſſem οἰκία ſcribendum, Odea.

142 *Barbarum.*) apud Nicephorum legitur Barbam, 26. 35. Euchaita urbs eſt ad Ponrum, ut ex ſequentibus patet. p. 284. b.

Manſiones ad verbum dixi, quæ vulgo monaſteria aut clauſtra dicuntur, unde monachi ἐγκλειστοι. Alicubi in margine μανὶ eſt, quod io texru σπὶ, templum. de Studio & ejus æde, vide & Svidam.

143 *Ustis gladiis concidiſſet.*) ἐγκυκλοφόρητον apud Nicephorum eſt, eos cxectis linguis adhuc locutos, 16. 36.

144 *De interitus exporte.*) Vide Nicepb. 18. 45.

Idem videndus de Homeritis, 8. 35. & 17. 32. & 145 hiſtoriam Arethæ atque Elesbaanis fuſius habet deſcriptam, 27. 6. Sed populi agitatores verti, qui ſunt δῆμοι. puto loqui eum de factione Veneta. De Homeritis etiam Procopius lib. 1. belli Perſici: noſter ioſra, ubi de Mahometo.

146 *Scirtus annis ſaltabit.*) Apud Nicephorum 17. 27. 3. in margine hexameter Græcus eſt adſcriptus:

Σκίρτος σκιρτήσει τὸ πανὸν σκίρτημα τελέσας.

Ego pro τὸ ſcriberem τὸ. niſi forte de multis verſibus hic unus eſt, quo copulæ ſit locus:

Affliget miſeros Scirti ſaltatio cives.

547 ὑπαπαντῆ *Hypapantæ*.) quod nimirum quaſi in occurſum prodiret Chriſto in templo dedicando. eſt enim ſolemnitas, quam oſtitate Purificationis dicimus. quod primo ex Martini Poloni Chronicis didici, qui tamen peſtis cauſa inſtituram dicit ſub Juſtiniano magno: quod idem eſt apud Nicephorum 17. 28. & conſentit, quod Sigebertus perhibuit id fuiſſe anno a Chriſti natalibus 542. quo ſane tempore Juſtinus deceſſerat, vel ipſo Cedreno teſte. meminit Paulus Diaconus lib. 16. rer. Rom. Manſionem Auguſtæ, credo intelligi monaſterium a Pulcheria condirum.

Euphræmius Amidenus.) 6 Ἀμιδ. Lego Ἀμιδηνός. Fuiſſe Orientis præfectum (quod hic ἔπαρχον dicitur, comes) ſatis liquet ex Evagrio 4. 6. & Nicephoro 17. 3.

ὑπάτευσε *Munus conſulare*.) ὑπατείαν. Epulum putavi, aut miſſilia dona in populum de more conjecta, vel ludos. Vide infra Annot. 150. & 161.

Templo Sergii & Bacchi.) Locus mutilus: ut mirum non ſit, ſi non optime divinaverim. tamen Procop. Orat. 1. de ſtructuris Juſtiniani, videtur non repugnare a noſtra verſione.

548 *Herulorum*.) Hos emendatius Herulos vocari ſcias, quam Eluros. & apud Evagrium ἡρούλων, ciratо etiam ad partem Procopio, vocantor, 4. 20. quod itidem eſt apud Nicephorum 17. 13. Itaque aulus tum ſcriptionem pravam Zonaræ, etiam inſciſſam, elidere: tametſi varie corrupta iciam gentium nomina. Sed hinc emendatio nulla ſperanda, at puto.

549 *Arianorum exocionitarum*.) ἐξωκιονίτῶν. quod non aſſequor. conjicio eum Arianis fortaſſis templa extra urbem, & quaſi privatos conventus permiſiſſe. Sane infra in Nicephoro Genetali mentio fit cujuſdam improbi eremitæ Nicolai, qui in Exocionio degens, impietatem Imperatoris juverit. ἐξωκιόνιον, columnam quæ extra ſit, aut columellam, ad verbum nimat. Vide Annmat. 245.

Conſulatum geſſit in urbe.) ὑπατείαν τελέσαν ἐν τῇ πόλει. Supra annotavi, ὑπατεῖαι pro munere, quod conſul populo daret, poni, principio Juſtiniaoi ὑπατεῖαι δόλιοι (vide & Annot. 161.) Verum id hic locum quomodo habeat, aut non habeat intelliges. Zonaras de hac re ita: Βελισάριος δὲ ὁ ὑπατείαν ἤξιστο. Belisarius quoque conſulatu dignaras eſt. Apud Procopium, qui Gillimericum hoc negotium libro belli Vandalici priore deſcripſit, ita legitur, Volaterrano interprete: (Paulo poſt Belisario decretus triumphus more antiquorum. Nam conſul factus eſt, curuli ſella humeris captivorum invectus argentea, zonas aureas, aliaſque e ſpoliis Vandalorum divitias populo diſperſit, quamquam rem novam facere viſus.)

350 τὰ ἐκεῖσε

Enimvero invidia.) Non inelegantet in margine eſt adſcriptum: τότε ἐξηρχεν ἐν τῇ ἀνθρώπων ὁ ὀλοὸς φθόνος τοῖσιν ἐσὶ κακῶν τέλεος παρέσεσθαι τότε καὶ πάντας τοὺς ἀνθρώπους γένη. Jam inde ab initio invidiam peſtiferi homioibus fuiſſe cauſam, proinde eam etiam ad finem uſque hominibus inſtar umbræ neceſſario comitaturam.

Carmen quoque.) τραγῳδῶν. Id totum annotatum eſt apud Nicephorum 17. 28.

331 *Qui vixit annum unum*.) ζήσας χρόνον ἕνα. Hunc Silveſtrum alii, qui Pontifices Romanos deſcripſerunt, Silverium nominant: qui cum ſucceſſiſſe Agapetu, ab Antonina Beliſarii uxore juſſu Theodoræ Auguſtæ, quæ eum ob Ambitum Theopaſchitam ab Agapeto dejectum oderat, falſo crimine Romæ prodendæ circumventus, pontificatu ſpoliatus, & in Pontiam relegatus eſt, cum Papa anno paulo amplius fuiſſet. Paulus Diaconus lib. 16. Marianus Scotus, Martinus Polonus. Miror Nicephorum Agapeto ſucceſſorem facere Agathonem: quem ejus interpres Bonifacium cur putet, non ſatis intelligo. Silverio ſuffectus fuit Vigilius. quod ipſum quoque ex Procopio Nicephorus refert 17. 13. & Agathoni ſucceſſiſſe Silverium ſcribit 17. 26. Scribit autem Procopius lib. 1. belli Gothici, non longe a fine, Silverium quod ad Gothos deſecturus eſſet, a Beliſario in Græciam tranſmiſſum, eique Vigilium ſubſtitutum fuiſſe. Vide & Novell. 42.

Proceſſio.) Uſus ſum trito vocabulo, quo notarur caret va eorum, qui pontifires in ſolemnitate aut publica ſupplicatione ſubſequuntar. μετὰ eſt in Græco. Vide Annot. 64. In numero annorum forte cam Zonara legendum σ' μ. pro, σ'. quadraginta, non octo anni ſupra 100 cs. μετὰ.

Euphrati vicinam regionem.) Εὐφρατησίαν. hoc eſt Commagenem. Sic Procopius hac ipſa in hiſtoria, lib. 2. belli Perſici: Poſtquam in Commagenorum regionem, quam Euphrateſiam vocant, Choſroes pervenit, &c. quod, & ipſam ſenſum fecatus, ante pro ἐλθόντων, legi ἐλθών. 552

Axamitarum.) Auxumitarum. Indorum eſt apud Nicephorum 17. 32. & Domnus Homeritarum, princeps Indorum, pro Damiano rege Ebræorum. 553

Cumque procenſus.) Credo publicum fuiſſe conventum, quo ad populum prodiret Imperator. Sic & infra in Juſtino Curopalata. *Edit. Pariſ. pag.* 16

Hieroſolymitani.) Eutychii nomen incuſcatum omiſi. Locus eſt ſuſpectus, ob vocem ὑποτυπωτικὰ δέ. Euſtochius eo tempore fuit Epiſcopus Hieroſolymorum. Vide Evagrium 4. 38. Niceph. 17. 27. 554

Dydimus cæcus.) ἀπὸ ὀμμάτων. vide Nicephorum 9. 27.

* *Noctes dies*.) ἔοικε δὲ γε μετὰ φλυαρίας. quod haud dubie mendoſum eſt, ut & pleraque quæ ſequuntur difficillima interpretatu: tum quia mendis non vacant, tum quia barbaris & ſemilatinis vocibus intermixtis perſpicuitate carent, ut & paulo ante. 555

Miniſterio Adamantii ſuppletis ſuffecit.) Ἐπὶ Ἀδαμαντίου ἐφωλκεῖτο, Neſcio quid ſit hoc, niſi ſortaſſis ſub furcam mittere. ſic infra in Pogonato: ἐφωλκίσω ἐν σανιδι. Zonaras habet, eos interfectos fuiſſe. fortaſſis de ficis ſuſpenſos crederem, niſi Ficus eſſe faburbii Conſtantinopolitani nomen ex ejus Leontio didiciſſem. Vide etiam Annot. 257. Jam Cteroria, κτηνίσεων, quid ſint, neſcio ſane. apparet fuiſſe feſtos dies, ſive invito Imperio, ſive alteri rei deſtinatos, qui magno ſumpta agerentur. reque memini aliquid de iis alibi legiſſe. Vide infra Annot. φαλλίζειν

Populi ſeditiones.) πολιτικὰς δημοκρατίας. puto eum vocare, cum populus contra magiſtratum inſurgit. Notum eſt dictum ejus, qui democratiam ſuadenti reſpondit, Domi ſuæ eum debere eam inſtituere, ſi eam formam vere probet. 556

Trullæ Magni templi.) Ἐκατονταετοῦς φιλονεικημάτων τῷ τρούλλῳ. forte, cum Juſtinianus in eo eſſet, ut trullam reficeret. Supra Annot. 113. Reliqua etiam reliqui, ne mihi & aliis nullo fructu eſſem moleſtus. πινάκια pinnacula verti. apud Svidam eſt, Πινάκιά τινα ὀνόματι, τετάρτῃ δὲ μορίᾳ Πρακτικῶν. Ex Zonara ſane liquet, cum magnum templum ab Imperatore eſſet jam abſolutum (huc reſpicit vox φιλονεικημάτων) caſum hunc eveniſſe.

Muri Anaſtaſiani.) Is ipſe mox longus murus dicitur. Fuit autem extructus ab Anaſtaſio Dicoro Imperatore. Ejus deſcriptionem qui volet, petat ex Anaſtaſio Silentiario Svidæ, & ex Nicephoro 16. 39. 557

Juſtinum Curopalatam.) Vox compoſita eſt autem dignitatis appellario, quod vel ex Zonara diſcas. Evagrius initio Tomi quinti eam interpretatur, cum Juſtino dicit fuiſſe aulæ cuſtodiam, hoc eſt palatii curam, commiſſam, quo munere fungentem Romani Curopalatam vocent. Sic & Nicephorus 17. 33. Sed & Ibetiæ Curopalates, alibi memoratur. 558

Fruticibus.) χερμαδίοις. ea vox currum & flexum notat Poeta:

—— *Hirtæ cervoris ſub cornibus aures.*

Taberuæ.) φραδικὰς. Fortaſſis ſcribendum φρυκτωριάς. Vide Annot. 250.

Viriam & Brincas.) Nomina vitioſa. & difficile conjectu, quid ſit reſtituendum. res geſtæ Narſetis contra Gothos ſunt apud Procopium lib. ultimo belli Gothici. Mox ad vocem Γερμανίαν, 559

a.

annotetum eſt in margine · ἐμοὶ δοκεῖ παλαιόταν Γαρζούνιον γράφειν Λατῖνος τὶς παλαιὸν. Mihi(inquit) videtur eſſe puerorum ſtatio · nam Latini puerum Garizunium vocant. Cæterum hæc vox Latina non eſt, ſed Francica, hodieque eſt ·

168 *Crucis formam referret* ·) σφενδὸν ἐτύπου, quod lego σταυροῦ · alioqui vertendum, Et pavimentum ejus conſtravit · quod non probo : & apud Zonaram diſerte σταυροειδὲς eſt ·

Artabanus ·) Hunc Zonaras Ardamanem nominat, Evagrius lib. 5. Adaarmanem ·

Ab Hormiſda ·) Rege Perſarum Zonaræ · nam Evagrius hunc quoque Choſroeo facit ·

Magna feria quinta ·) τῇ μεγάλῃ ε΄. Sic vocat feriam quintam, ſeu diem Jovis maſis, quæ proxime eſt ante paſchæ, celebris inſtitutione ſacroſanctæ εὐχαριστίας, *der hoch oder grunen donnerſtag*. Sic & Zonaras in poſteriore Imperio Conſtantini, Leonis F. Quam aurem Imaginem dicat, ignoro · niſi quis putet de linteo impreſſa a Chriſto, & ad Abgarum Edeſſenum miſſa ſui imagine accipiendum ·

Obſtructione pedum ·) συσχόντι τὼ πόδε, Zonaras eum ex pedibus laboraſſe ait ·

Eutyches·) Eutychius legendum ex Zonara, & Nicephoro 17. 36. & poſt paulo Cedrenus ita habet ·

161 *Stolas imbricatas* ·) στολωτὰς · Divinavi hic : & ὑφὰς, quia non intelligam, reliqui ·

Nomiſma in populum ſparſit ·) ὑπάτους · codex habet ὑπὲ · Iotelligo monetam conſularem · nam Impp. conſulatum quoque geſſiſſe, & in nummis ſuis commemoraſſe, notum eſt · Infra quoque in Phoca, ὑπάτου pro donis miſſilibus, & in populum ſparſis ponitur, cum verbo ῥίπτειν · ὑπάτους

τάλδαν · *Perſarum taldam* ·) Sic & infra · Credo fuiſſe ſignum aut vexillum præcipuum · Sicut infra in Heraclio pro turma ponitur, *alia fauce* ·

163 *In Romanſam* ·) In diuiponem Romanorum ſi p. 3ca. e. vel Ῥωμαίων Zooetæ ·

Virgula ·) βεργίῳ · apud Nic. 18. 37. legitur vimine ·

164 *Una cum bandis* ·) βάνδοις · vexillis, puto militaribus · quæ nobis *Baner* dicuntur · Svidas in Βάνδον: οὕτω καλοῦσι Ῥωμαῖοι σημεῖον τὸ στρατιωτικόν. Sic Romaoi ſignum bellicum appellaoe ·

Publica deprecatio ·) Litania nimirum; hic λιτὴ φανερὰ dicitur · & Svidæ quoque λιτὴ est παρέκλησις. Eam ergo videtur Iuanjam inſtituiſſe, quæ fierer ab uno fano ad alterum, caterva populi & pontificum procedente · Supra Annot. 151. λιτὴ legebatur, minus recte · λιτὴ notum eſt vocabulum vel ex Homero, quid denoter ·

* 165 *Simocati* ·) Σιμοκάττου apud Svidam, duplici τ. eſtque cognomentum Theophylacti ſophiſtæ · Cæterum hæc Choſroæ prædicta lucidior fere eſt apud Zonaram, & Nicephorum 18. 27.

166 *Struci morbo* ·) λοιμὸν pro lepra ſæpe noſter ſumit, ut in Conſtantino etiam annotavimus · Itaque vertere poſſis leproſos ſener & fratres · Verum ego io bis omoibus, quod eſſent obſcura, verbum verbo cauli, ut periioiobus conjectandi eſſet materia · Areobindi & Diaconiſſæ templorum meminit & Nicepb. 18. 42. Paulo poſt,

167 *Supputatis ia ſingulos duobus miliariis* ·) Hunc locum prorſus non intelligo · quod neque de nummo ſatis conſtat quid valuerit, neque de notis ϊ ϛ΄. Miliariſium 'nomiſmatis decimam partem facere, aonotavit Svidas · Sed id rem non explicat · Videre potes infra finem Leonis Iconomachi · Quæ ſequuntur de viſo io Nilo amne monſtro, deſumpta videotur ex Nicepbor. 18. 36.

Miliariſii ·

168 *Communionem ſacram* ·) ἀνεῖσθαι κοινωνίαν Non diſſimulabo me hic ſecutum eſſe nihil præter conjecturam, neque eliod tum ad eminum accidiſſe · ſi cui non ſatisfacio, excogiret eliquid commodius · Sane poſtea Theodoſius quoque Mauricii F. cum ad ſupplicium juſſu Phocæ traheretur, παιδικὰ προτεραμεταλλεύσας ἔθνη μυστήρια · V. Infra 189. Annotat. Paulo ente, cum dicitur Theodoſio filia Germani patricii matrimonio juncta, in Græco erat Μαυρικίου pro πατρικίου ſcriptum · quod ooo fuit difficile corrigere · Aliquantulum poſt,

Celocem conſcendit ·) κέλητα ἐπιβὰς · Δρόμων δρόμωνα ſicut & infra uſurpatur hoc vocabulum, navis eſt curſini, hoc eſt celerrimæ navigationi apta · Eſt enim δρόμος, curſus · Tales fuiſſe quas Latioi celoces appellant, ea Nonio Marcello, & iis quæ adducit ſcriptorum locis apparet, foſſitagante etiam primæ ſyllabæ quantitate · Vide ad hanc hiſtoriam quæ habet Nicephorus 18. 40. 169 Celoa · *Edit. Pariſ. pag.* 17.

Exorere Phoca ·) ἀνάτηλον, progredere · Sic apud Cicer. 1. de Nat. deor. Cum ſubito a læva Roſcius exoritur · 170

Calligraphus ·) Si non ſit propriam, pictorem ſignificat · Paulo aliter hiſtoriam refert Nicephor. 18. 41. & in margine noſtri adſcriptum eſt, per geoios in aere verſantes (ὑπογείων στρεμμάτων) fuiſſe ulta Alexandreæ nunciata · 171

Excubiis nocturnis ·) παννυχίδων · convivio autem etiam ſacro nocturno licebat vertere · Auguſtalium putà, ab Auguſto miſſum urbis præfectum intelligi ·

Criſpus patricius · Ptiſcus Zonaræ, Nicephoro, aliis · quamquam genorum Phocæ Criſpum Zooetar in Heraclio vocat, ut qoidem legitur · 172

In anno LX.) Locus mutilus, & divinatoris egens · 173

Uſque ad *) Librarius in margine adſcripſit, ſe in exemplari locum mancum inveniſſe · ζητητέον ἐστὶ τοῦτο, ὅτι οὐδ' ἐν τῷ ἀντιγράφῳ ἐμοῦ τὸ τέλος εὕρον ·

Bane ·) Sic eſt & apud Zoneram · & in margine noſtri codicis pro Βανίᾳ, erat annotatum Βανῷ ·

In Choſroæ racubiterrs ·) Βιγλατ· voa Latina Græco more poſita · Sic ſæpe apud Niceram · Paulo ante quod ſcripſi Lunam emerſiſſe, μῆνα erat in Græco · ſed conjecturam ea circumſtantia feci · Sicut & hic ἐν Ἰαζικῇ locus eſt mutilatus · 174 Bigla ·

Dei Evangeliis ·) Nimirum at inde ſortes eaptaret · Divinandi hoc genus ſuperſtitioſum & inipium quod & D. Auguſtinus memorat atque improbat, ſine cxix. epiſtolæ ad Januarium · Sic profani Virgilianas ſortes conſulebant, cujus rei exemplum eſt in Adriano Spartiani, & alia alibi · 175 Sortes.

Dubius miſeratione ·) In margine : Ὁ δὲ ἱερὸς βασιλεὺς Ἰωάνης, ὁ Ἀγγελὸς, ἐξ οὗ τὴν ἀρχὴν ἐπῆρε καὶ ἐκράτησε ἐβασίλευσεν, ἐξ ἀξιωμάτων ὢν ὑπηρετικῶν. At meus Imperetor Iiaacus Angelus, etiam eos quos ſibi infidiatos ipſo in facto deprehendiſſet, liberaliter tractavit, maximaſque ad dignitates evexit ·

In caſtra poſuit ·) ἐπλακώσω · Hanc eſſe hujus vocis ſignificationem, ea frequente ejus uſu apud noſtrum deprehendi, rei notitia barbarum vocabulum explicante · 176

Neſtorianæ religionis ·) Perſam Neſtoriano errori ſocium atque patrooum fuiſſe equidem non crederet, qui vel quæ ante dicta ſunt de ejus ſuperſtitione recorderur · Sed tamen infra in anno Heraclii xix. ſcribit noſter, Edeſſæ eccleſiam ſub Choſroa fuiſſe a Neſtorianis occupatam · 177

Metaxam ·) Geous eſt panni ſerici · Vide quæ annotavit Langus. in Nicephori 17. 32. Aſemum quid ſit neſcio, niſi forte ergentum non ſignatum, ſeu (ut Maro loquitur) infectum ſignificet · Paulo ante erat ſcatamangium, quod quid ſit, cognoſci poſſe puto ea iis qui linguam Græcam corruptam calleot · Audio ea lingua editam eſſe Iliad. Homeri, quam atinam nancifci poſſem · Utinam vero Lexicon ejus linguæ edatur, quo poſteriorum temporum notitia apertior fieret · Theophania ſunt id, quod hodie Epiphaniam vocant, *der heiligen drey Kanit tag*: ſic dicta, quod Chriſto baptizato & pater ſe audiendum, & Spiritus ſanctus in columbæ ſpecie ceroendum præbuerit · Daſtagendum & Dyſtagenda, idem ſunt · 178

Satellitem ·) σπαθάριον · paulo. aote de Razaſta armigerum verti · dicitur e Spatha, qui eſt enſis vel pogio · Poſt, 179

Choſroen patricidam ·) Nam Hormiſda patre capto, & in vinculis necato, regnum obtinuiſſe ferrur · 180

Cyrum, Phaſidis ·) Phaſelidis hebet Paolus Diacon. lib. 18. ut in 7. Centuria hiſtoriæ Eccleſia. ii- 181

Sarracenorum ducem, lib. 20. Sed quod ibi legitur Tarentum obſedisſe, perſpicue eſt mendoſum: legendumque (ut noſter recte habet) & apud hunc, & apud alios Antaradam, quæ inſula eſt inter Cyprum ſita, & Syriam. Sed & reliqua noſter plenius, utiliter cum aliis comparandus.

203 *Phanagoream.*) φαγωνίαν male legitur, & melior lectio ſupra ſcripta eſt. Urbs eſt ad Boſporum Cimmerium.

204 *In muro ſupplicio affecit.*) ἐν τῷ τείχει ἐφιλλώσας. Apud Zonaram, ἐὶς ξύλον πρὸς τὸ τείχος ἀνήκοντα Quo ex loco conjicere datur, φιλλίζειν eſſe in crucem φιλλίζω agere, aut in furcam: id eſt, quod de ligno ſalpeodere, *benckeu*.

Primum baium.) βαΐα eſſe ramos, vel ex D. Joan. Evang. cap. 12. notum eſt. Puto ſignificari primum partem ludorum, & ad ſingulas decurſiones certantium ſignum ramo datum fuiſſe.

205 *Addita cuſtodia.*) φυλακὴν: cum famulis, puto. Sic & Cuſpin. ſ. 199. σώματα, forte ſunt Sublicæ.

Primores eorum.) Valde dubito de hujus loci ſententia. πρώτους: capitaneos (ut lo quuntur) intellexi.

206 *Dare Philea.*) δῶ τὰ Φιλία aut per Phileam, ut loci ſit nomeo. nihil enim habeo certum. certe Suidas loci meminit hoc nomine: ubi autem locorum ſit, non habetur. Neque ſatis ſcio quid armatorium ſit, an ab armis, an ab ἅρμα. Iæve ſcriptum reperi.

Patriarcha hæretico.) αἱρετικὸν Lego genitivo caſu αἱρετικοῦ. nam Zonaras ſatis oſtendit pium fuiſſe, & alii.

Principe ſecretario.) ὁ πρωτοασηκρήτις. Poſt,

207 *In Phœniciam.*) Sic Zonaras. noſter, εἰς Φοίνικα. Poſt.

208 *Legatos.*) ὑπάτους.

Sapellectile.) ἀπαρχὴν, Zonar. ἀποσκευὴν,

Auri ſcriptor.) Ad verbum hæc obſcura. Zonaras quidem vectigalium publicorum exactorem ante Imperium fuiſſe ait. Sed hic credo aliud notari.

209 *Spatharius.*) Hic non armigerum, ſed dignitarem σπαθάριος. aliam, ordinemq; militarem, ſignificari apparet. nam & protoſpatharium extat mentio ſæpe iterata: & Sergius, qui contra Leonem Iſaurum in Sicilia ſeditionem movit, protoſpatharius dicitur infra. & in Michaelo Balbo duo protoſpatharii ſunt, Photinus ac Damianus: aliique alibi. Ameras, ſeu Amerades videntur dici, quos Vuiſchas nunc uſurpant, præfecti.

Imperatorem fauſtis clamoribus.) Locus obſcurus. Ex Pauli Diaconi lib. xxi. colligitur, quid ſibi velit. Is enim ſcribit, Ægyptiæ claſſes cum irumento transfugiſſe Conſtantinopolin. Videtur aliquid deeſſe.

210 *Magiſtratus & præfectos.*) φιλάρχους καὶ ἀρχοντικοὺς. φιλάρχους Supra, ſub finem Juſtiniani (Anno 538.) pro voce φιλάρχους ſuſpicabar φρουράρχους legendum. Sed ſi ex hoc loco conjecturam ſumere velimus, φιλάρχους a Cedreno pro Magiſtratibus ſcriptum fuiſſe: locus ille fortaſſe ita faciet acciplendus, ut intelligantur per tumultum non mancipia modo, ſed & procerum res familiares direptionem paſſæ.

Ad apoſtrophos.) Proprium alicujus promontorii aut littoris puto eſſe, ab averſendo vel reflectendo dictum.

Edit. Pariſ. pag. 19. *Mahometicam impietatem amplecti.*) μωαμεθίζειν ex Paulo Diacono & quidem ipſa vocem hanc intellexi.

Caballinus.) quem alii Copronymum vocant, a merda in baptiſterium excreta.

211 *Su ceperunt.*) nempe ex baptiſmo. ἀνεδέξατο. Ordinum principes dixi. ὑμῶν φρίκητας: quæ & infra, δήμους Artabaſdum pro Copronymo Imperatorem creaſſe dicuntur. Ponitur vox ea etiam pro exercitibus, at duces intelligere liceat.

212 *Torrens.*) ὁ χείμαρρος. χειμάρρους vel ſit propriam, Chimarus. Torrentes autem ſua exundatione non parvis aut male æſtificatis pagis, ſed urbibus quoque minime contemnendis magnas clades inferre, vel Baſilea docere poteſt. Βαρβαρικὰ Papæ epiſtolam, ad verbum Decretalem verti. Poſt, Occumenicum magiſtrum dictum puto, quaſi cujus doctri-

na totus terrarum orbis illuſtraretur, aut cujus per omnem Chriſtianitatem rigeret auctoritas.

Poſt tormenti lapide) ἐκ τῆς μαγγανικῆς. Apparet machinam ſic vocare. quæ magnum lapidem ſumagγανικὸν. 213 nibus contenta torqueret. Mangonem vocat Paulus Diacon. lib. 23. rer. Rom. prope ad verbum hoc, ut pleraque, referens.

Sed ut ſeditioſum.) φατριαστὴν. φατρίαι, eſſe aliquid tribus aut curiæ ſimile, cum aliunde, tum ex Suida apparet. Ego ſecutus ſum conjecturam. 214

Dilipus.) Videtur fuiſſe appendix Circi. Zonaras habet δίαυλον. Apparet locum ſignificari, equeſtribus decurſionibus deſtinatum.

Ut ſtramba beſtiam.) στραμμαχόν. Alludit ad id quod Paulus de ſe commemorat, 2. Corinth. 12.

Chryſoroas) auro fluens, hoc eſt, aureum ora- 215 tionis flumen fundens. quam laudem Ariſtoteli tribuit Cicero. Diaconus Chryſoroam minus apte videtur vocare, aureo enſe armatum: tametſi ob aerem idolorum defenſionem videri queat hoc titulo cohoneſtatus. Lenrabus autem quid Græcis ſignificet, nun magis video quam quid Manaur. de quo aliquid poterat conjici, ſi λαντραῖος Græcum eſſet. Manzer forteſſe eſt Mamſer מַמְזֵר, quod & in ſacris litteris, & in Aramæa lingua ſpurium ſignificat: atque ea vox eſt in Hiſpano idiomate retenta. Manſuris filium credo dici. In actis Conſtantinopolitanæ ſynodi eſt, fuiſſe Manzurem ignominiæ cauſa a patribus ibi dictum. Φλαγωτὸν proprium putavi: & Graptenſem, epiſcopum feci, valde dubius. Sed res non magna.

Prometus. Vide ſupra Annot. 225. Hieracitæ qui 216 fuerint, nondum ſcio. Novi ea tempeſtate in Italia γυναικόραχα fuiſſe. Sed hi nihil huc.

Quæſtoribus noſtris.) ἐκκρίταις τοῖς δημοσίοις, qui a ſingulis ordinibus tribuum exigereos. κανὸν vox hodieque pro conſtituta pecunia uiurpatur vulgo, quæ annua ſolvatur.

Ne quis in univerſum Domini ſervorum. Hunc lo- 217 cum ex Suida reſtitui.

Parce nobis Domine.) Cedreni immanem blaſphe- 218 miam abominantis verba. Sed in margine adſcriptum eſt. ἰδὲ δὲ τὶς μύρον τοιοῦτον εἰς ἀλάβαστρον ἐμβαλὼν χαμαὶ στὰς, εἶτα κινήσας αὐτὸ, ἐ πῶς ὁ δοκεῖ τὸ μύρον τῇ ὀσμῇ φανήσεται; Quid, inquit, homo porci ſimillime? An ſi quis pretioſiſſimum unguentum in alabaſtrum infundat, rurſum eo effuſo odor in vaſe non reſtabit?

Equo Amerium) ταμερτικῷ. quid ſit ταχίστιον, non ſatis novi. Credo fuiſſe rhedam aut vehiculum curſui idoneum, quod unus aliquis eques comitaretur. quid ſi veredus ita appellatur?

Theopolis.) Hoc eſt cognomentum magnæ Antio- 219 chiæ & apud noſtrum, & apud alios.

Signum in cælo.) Nimirum Crucis, qualis Magno Conſtantino apparuerat.

Validus.) ὁ Ἅλης. Hali hic vocatur a Diacono lib. 22. & aliis, princeps Sarracenorum. & Izidus, Gizid. Qui aliquanto poſt Βαχτάγων Bactagmus legitur, is Βακτάγγης, Bactangius eſt apud Zonaram.

Januarii XVI *Ex.*) μηνὶ Ἰανουαρίῳ ἑκκαιδεκάτῃ. Divinavi de hoc ſigno. 220

Mox per totam XIV.) ἐπὶ ὅλας τὰς ιδ΄ Hoc ſigni ος fupra Ann. 811. oſtendi aliquoties pro indictione poſitum. Sed quid hic ſibi velit, & mox aliud huic affine fatcor me etiamnum ignorare. In Romani Lacapeni Imperio ſæpius & aliar non raro ita unius anni menſibus diverſo numero apponitur, ut pro die accipiendum videri poſſit. & ineodem Lacapeno aliquoties ita ut indictionem ſignificare putarem. Quod moneonam fere indictionem verti, ne ignota res me remoraretur.

Chryſaroniæ.) χρυσαυγούσῃ. Choroſanitas Diaconus vocas l. 22. populum orientalie Perſidis. 221

Multi forma.) μυλικὴν.

Præceptorem.) Germanum puto cujus fuit Syocellus Statim. 222

Palatio Syriæ.) ἐν τῷ τῆς Συρίας. Locus ſatt haud dubie Conſtantinopoli. Acta hujus Concilii, quod VII Conſtantinopolis dicitur, Palatio Hieriæ legunt. Poſt.

223 *A Zicchia.*) Apparet fluvii nomen esse ζυχίαν. & multo hoc emendatius legi puto, quam Lycian in Diac. hanc ipsam histor. totidem prope verbis referente l. 22. rer. Romanarum. Cæterum ex hoc loco Lector in permultorum propriorum nominum notitiam pervenire potest, quibus loca Constantinopoli vicina notantur, & quæ in his historiis passim occurrunt. Idem pro Cupha habet Euphram. Danastris & Danapris mentio supra facta est in Rhinotmeto: non procul Euxino Ponto fuisse, inde liquet.

Masiam ea Diacono vicissim sumpsi, cum meus habeat Medtam, *Modtam*.

224 *Tumtzam.*) Zitas habet Diacon. & hæc paulo susius refert. ubi quod legitur *missa igne in cohortes*, Diaconus corrigitur. mendum est. quid enim sit ignem cohortibus injicere? Potest autem contigi, si pro cohortibus legas *Coetes*. nam noster *κάκει* vocat, nos tuguria. Stephanum monachum *νέον* vocat. quod epithetum apud alios abest.

Stephanita.) στρατηλάτης. Hoc quid sit, nescio. quod ad citharœdos attinet, alii habent, eos ut adhiberet suæ mensæ Imperator permisisse patriarchæ. Sed quomodo ego verti, ita videntur postulare verba: & sententia est melior. non enim crediderim Imperatoribus usu musices interdictum fuisse: sed monacho fidicines, ut luxuriam provocantes, fecilicet non erant audiendi.

225 *In custodiam dedisset.*) ἀσφαλισάμενον ita convertit. Non dissimile illud Lucæ Act. 16. καὶ πάντας ἀσφαλίσασθαι αὐτὸ βέλος.

Pelagiæ.) Marem hunc facit Zonaras. pro κατακλείσας, legendum κατακλείσας.

226 *Chelandiis.*) Zonaras tritemes habet, & apud Mesembriam naufragium passas scribit.

227 *Buccellarium.*) Quid officii sit τὸ βουκελλάριον, Enoro. & sane hic loci potius nomen videtur. & in Rom. Argyro monastet. nominatur Mantineum, sitam in buccellatio. & hiatus in buccellariis terramotum sublecutus, in Mich. Paphlag. refertur, cum his confer quæ habet Svidas, ac Turneb. l. 24. c. 16. Advertisubi buccellarium officii nomen fuisse docetur. Buccellariorum præfecti mentio, præter nostrum, est etiam apud Zon. in Irena, Tom. 111. f. 96 Manetis hæretici nomen merito infame est. quod in hoc quasi omen fuisse perversitatis innuit Cedr. Tom. 111. fol. 96. Diacon. l. 21. Manetis Cybiorcenium sub hujus patre ducis meminit. Quod de idolis in domo patriarchæ sequitur, ad verbum reddidi. Credo eum sustulisse gemmas (λιθίδια hoc intelligo) quibus ea fuerant ornata. Quod de permutatione Syriaca refertur, oh brevitatem est obscurum. Constat tamen Syris delectatum fuisse Copron. ut fortassis quosdam ex Syria in Thrac. accolatic. allis in eorum loca missis

Edit. Paris. pag. 270.

228 *In ædc S. Stephani.*) Vel potius corona sacra, ἐν τῷ ἁγίῳ στεφάνῳ. Quæ autem sit illa corona sacra, incertum. fuit quædam a Mauricio dedicata, quam suo malo Leo hujus filius sibi sumpsit, nescio an ea ad hujusmodi alioquin usus adhibita.

Romanorum dictionem.) Ῥωμαίων. Sic & alibi.

Iberziam.) Diaconus habet Beritiam. & pro Litho'orœa, Litboriam. apparet nostra esse emendatiora. Idem pro Elericho, habet Telericum.

229 *Tellerigus Longobardorum.*) Falsum esset hoc puto, & inculcatum a Bulgaro, de quo sequitur. longe alio enim loco tum fuit res Longobardica, quam ut Byzantii opem implorarent.

230 *Indictione octava.*) Ita signum illud hic interpretor, ut & Annot. 110. Nam Diaconus annum proximum, quo Synodus Byzantii tenuta fuit, indictionem novam videtur liquido vocare lib. 23. De armatis autem eam turbantibus, locus est in nostro manifius.

Aperta est Nicæa catholica.) Templum puto dici, in quod conveniretur, ad Synodum celebrandam. In templo Sophiæ id factum, acta ejus docent.

231 *Patris sui.*) Malleni mattis. Atroa & Quæstoria quid loci sint, videndum.

Rasos.) κουρέας Sic sæpe loquitur.

232 *Ipsique etiam coborte.*) κόρτιν cohortem esse, ex aliis didici. ut in Niceph. de Bardanio. credo ergo prætoriam hic, aut aliam nobilem notari.

Quod decuit.) οἷα δὴ φύτευμα. Zonaras habet, Constantinum pro tributo stercus jumentorum Bulgaro misisse. 233

In Porphyra.) Locus est in palatio, puerperiis Imperatorum, maxime Constantinorum, celebris: qui cognomeo ab eo duxerunt, ut vocentur Porphyrogeniti.

Copronymi genus extinctum.) Nam Leo Constantini mortuus fuerat jam ante. Zonaras. 234

Hanc anam culpam.) quasi vero atrocius hoc & magis nefarium atque impium excogitari quippiam potuerit. Itaque non inepte libratius, τοιαῦτα τὰ Κεδρηνοῦ, καὶ εἰ τούτου χείρων; καίτοι γὰρ δυσὶν ἐπιβουλὴν τοῖς ἐμοῖ ἔγγονοις, Stultissime, inquit, Cedrene, quid hoc ipso sit detestius? quæ enim vel fera suo insidiatur fœtui? Et rursus cum juste hoc factum ait Cedrenus in secundis Michaelis Balbi nuptiis, annotavit: Qui hoc juste ais factum, sæve Cedrene? καὶ πόθεν δικαίως, ὦγαθε Κεδρηνέ; Idem ad Chrysaorii sententiam de eunuchis adlexipsit: Εἴθε πάντες ἐνοίουν τῷ φιλοπαίστου Χρυσαόρᾳ, οἱ τοῖς εὐνούχοις βουλεύσαντες. id est: Utinam Chrysaori, omnes huic de tuo tutissimis eunuchis consilio paruissent. Stauracios oportuit esse duos, aut altero loco falsum esse nomen. 235

In Principii.) ἐν τῷ Πρώτῳ. Zonaras secutus sum. tametsi nostet crebro ita appellet. 236

Erectis marmor. consi. muro.) ἐρθωμένῳ sic reddidi. post, 237

Aliquot exercitus.) Στρατεύματα. quod provincias etiam alias designat, sed Zonatas scribit, ἐκ τῶν στρατευμάτων, exercitus Orientis eum creasse Imperatorem. pro φαιδρύντου, quod nihil (puto) significat, φαιδεντου ex conjectura legi. quamquam rursus in *leone* Armenio φαιδρύντου legatur. Sed ibi Zonaras φαιδρύνειν habet. 238

Catabolto.) Si non propium, portum aut stationem navium denotare videtur.

Nobilem.) ἀνώνυμον, ineptum, nullius pretii: *ungemacht oder angeschaffen*, ut nos loquimur. Zonaras sum explicavit dissertius 239

Quod si contra leges.) Ante hæc verba haud dubie aliquid excidit Nam neque Josephus Oeconomus, neque Nicephorus patriarcha sed hujus anteccssor Tarasius patriarcha Theodoram a Constantino repudiata Marina ductam coronavit. sed jam tum Platonem communione Tarasii abstinere cœpisse scribit, rursumque Nicephoti subrogationem deinde improbasse, ulmirum ambitione impulsum: Quod Zonaras non dissimulat. Ergo Imperator qui ante ob dissidium cum Tarasio hunc Platonem sciret, a Constantino in carcerem (quod annotavit idem) conjectum, tum quoque de eo cum sociis tandem ejiciendo per occasionem egit. Josephus autem Oeconomus quid ad eam rem conduxerit, non liquet. Paulo post, cum Cedrenus decem invectas Imperio calamitates a Niceph. memorat, librarius annotavit, sub eo quoque decem plagas Romanorum Imperio immissas: respiciens nimirum ad Ægyptias. ἔτι τῷ αὐτῷ Νικηφόρῳ τῷ Ῥωμαίῳ ἐπέπεσον δέκα πληγαί. 240

Chartiaticum quid sit, sane ignoro. Tarassis exactio fuit ad sustentationem scribarum & Cancellariæ, ut vocant. 241

Fumarium tributum.) *Rauchfleur*. Puto de singulis focis exactum fuisse, in quibus ignis fieret. Omnia hæc sane sunt obscura. Quod ad octavum attinet, sic divino. voluisse eum, ut quivis avi sui aut proavi modo conferetur, ac tantumdem atque ille solvisset, tributi penderet, etiamsi eorum bona inter varios hæredes divisa, singulisloncge minorem censum reliquissent. Ex historia cerularii, decimam sui auri partem ademptis reliquis domum tesererc, si cum Zonara comparetur, videbitur aureus vel nomisma aureum decima libræ pars fuisse. quod fuit annotandum. Sed & in Joanne Tzimisca, ubi capnicum ab eo scribitur abolitum, animadvertere licet obolum fuisse argenteum, nomisma aureum. τὸ νόμισμα. Aureus. στρατιωτικῶν solicitudinem verti: quod fecilicet humanissimus Imperator non ignotaus curas cum opt-

bus augeri, & locupletes in magna eſſe ſollicitudine, cerularium iſtum voluerit moleſtia liberare, privatum tam anxie poſſidendo auro.

243 *Exteriori columella.*) ἔξω κιονίῳ. Supra Annotatione 249. conjecturam meam exposui. Sed & hoc ſuſpicari licet, extra urbem in aliquo ſuburbio hunc, ſimulata a mundo diſceſſione, in columna aliqua conſtitiſſe. quales ſupra Daniel Stylites, aliique ſunt commemorati. In Autographo ἔξω eſt ſine acceota, ut quaſi cohærere & coaluiſſe in unam vocem κιονίῳ videarur. Quæ ſequuntur, proſſus ſuns confuſa.

Corpora Balgarorum.) τὰ ἐπιφύλλων. quod ſi ad Chriſtianos referas, ſenſus erit, eum adeo ſpoliis colligendis fuiſſe intentum, or oe ſuis quidem humandis tempus dederit.

244 *Conclavia.*) τοιχία, in quibus videlicet bona Crumi conderentur. Aula principis habitationem ſignificat. Zonaras.

245 *Imperatorio modulo.*) Mundum Imperatricis apparet fuiſſe. Jocum autem in nomine Barce non intelligo, quo uxorem Leonis notarit.

Michaelo equiti.) Is eſt Michaelus Balbus.

Majeſtatis.) καθοσίωσιν. quod vocabulum ex aliis
246 locis permultis didici ſive majeſtatis, ſive etiam ſtructarum Imper. inſidiarum crimen notare. & quod de nuptiis ſequitur minarum Balbum, obſcurum eſt vel ob ambiguitatē τοῦ αὐτ. Fortaſſis ſtatuit Theodoſium Leone cæſo ducere. Quod de linguæ morbo dicit, alludit ad Tantalum Oreitis Eatipidei. Mox abi ſcribitur, quomodo Theodoſia Balbum ſupplicio jam imminenti eripuerit, in margine eſt annotarum: ἔρα τοῦτο ἐ λέγει μέσθε τὸν θεὸν, ἢ τὰ βάλλοντα σωτηρίαν τινα. Vide ut Deum non deficit rarin, ſi quem vult ſervate. eſt ſane exemplū hoc memorabile παραδόξε σωτηρίας.

247 *Caniclei dignitate.*) κανικλείου ἀξιώματος. quod quid ſit, neſcio. Fit mentin etiam apud Nicetam in Manuelo Comneno. vide Annot. 262 & alibi.

248 *Per ſpolia.*) ἐκ σκύλων. Suſpectum. nomen eſt loci
Edit. Paris. pag. 21. proprium, & verti non debuit. Infra, ubi deſcribitur io Michaelo Theophili F. Theoctiſti interitus, eadem vox reperitur.

Gentilibus eorum.) ἐκ ἐμφύλων, vel ſuis gentilibus. nam de Judæis intelligi non poſſe, ex ſequentibus liquet.

249

De Deo, qui eſt ſupra omnia.) Hoc ita intelligo, noluiſſe eum Chriſtum in formula juramenti
250 & ſanctos nominari: ſed Judaico more creatorem mundi noluiſſe, illo circumſcripto, jurari.

251 *Fraudem ſtruxit.*) Hæc verba de men addidi, connectendæ hiſtoriæ cauſa. Videtur enim (ſi modo nihil excidit, & narratio integra eſt) Thomus hoc egiſſe, ut a Romanis ſummæ rerum præfectus, exercitus eorum aat urbes & provincias Agarenis proderes.

Eum in filium adoptatum.) quemnam? & quidem mox rurſum meotio ſit hujus adoptati filii.
252 Sed ne Zonaras quidem eum nominat. id quidem ait, Balbum ſibi Conſtantini oomen ſampſiſſe.

253 *Gregorium.*) Is Leonis, iſte Scyri exalans conſobrinus videtur ſuiſſe. Sic enim verto ἀδελφιδοῦς vocem varie de cognatis uſurpatam. Paulo poſt hæc opinio perſpicue confirmatur.

254 *Fama rei ad Photianum.*) Hæc ſic verti, ut ſententia cohæreret. nam in Græco locus eſt mutilus. *
* Supplevimus ex Scylitz. *Equilis.*) ἱππουρικὸς.

Saracenos autem.) Promiſcue, ut & alii, Agarenos Sarracenoſque ponit. Quod autem de Chandace præceſſit & ſequitur, omnino inter ſe pugnat: niſi in media hiſtoria aliquid excidit, aut in nominibus erratum eſt. qui enim jubeaotur caſtra io Chandace ponere, ubi ea jam ante habebant?

Suas pulchras puppas.) Ex hoc loco facile eſt
255 Cuſpiniani. Cuſpiniani locum emendare, quem καλὰμῳ legiſſe apud Zonaram puto ὑμῶν, cum μὴ ſit pronomen encliticam: & quid calamiuina ſint, merito quæratur: atque (ut puto) non immerito etiam, quid thalami eſſe poſſint nimia. Multa ſaor talia apud Cuſpinianum, quæ ex noſtro & Zonara facile ſunt reſtituantur integritati.

Eucbol.

Tiuciditatis accuſatum apud Imperatorem.) Sic divinavi, ἀναπεφάνθαι ἐγκλήματα παρατολμᾶν τὰ εἰς βασιλέα. 256

Nonnulli neglecto.) Ad verbum, locus eſt obſcurus. Cæterum Hierotheus, cujus mentio paulo poſt fit, ſodalis fuit Dionyſii Areopagitæ. de quo videre potes Nicephorum, l. 20. 257

Non eſt Deus ita injuſtus.) Videtur monachus alludere ad Apoſtoli dictum in epiſtola ad Ebræos, cap. 6. idque ad ſe accommodare. Prodromus, D. Joannis Baptiſtæ epitheton eſt, quod is Chriſti præcurſor fuit. Quem autem locum Eſaiæ confeſſores iſti, quos mox Cedrenus prædicat, ad confirmandum ſimulacrorum aſum cultumque produxerint, ſane conjicere non potui. Eos quidem videntur Jambi Theophili ſodicare, prius Hieroſolymis quoque exulare juſſos, Byzantium veniſſe. 258

Ne manus quidem ad cantum, &c.) In Græco, ἀναπεπαύσατο τὸ χειροκρότειν. quod intelligo, eum manus agitatione cantum texiſſe, menſuramque, ut vocans, præſcripſiſſe, ar ad manus motum tempora carminis quod canebarur reſponderent. Ita Horatius vult virgines Apollinem & Dianam Sapphico carmine celebrare, ipſo præeunte. 4. Odar. 6. 259 χειροκρότειν.

Lesbium ſervate pedem, meique pollicis ictum.
τὸ σίκχειρον, carmen eſt. βαλβεῖον feſtum (ut vocant) palmarum. librarius adſcripſit ὑπὲρ αὐτοῦ, non putare ſe hunc eſſe auctorem.

Crenitarum.) Κρουνιτῶν. apud Zonaram perlegitur, Κρουνιτῶν, Crinitarum ſeu crinitorum. 260

A la Th.) Alexius io Theophilam.

Crucem et mittit.) τρὶς. quamvis etiam pro ἑπτάκις ponatur, tamen id non quadrat. Et τρικὶς legi. ſed quid moris in en fuerit, nondum didici. 261

Princeps Iſmaelus.) Neſcio an proprium ſis hoc, an vero Iſmaelitam ſignificet, ut gentilitium. Mox rurſum ita ponitur.

Compater.) συμπάτωρ. Ex ſententia, & Zonara, hoc didici: qui ſcribit, Michaelam Theophili F. a reduce Manuelo fuiſſe ex heptiſmo ſuſceptum. *Genatter.*

Dromi logothetam.) δρόμου λογοθέτην. Logotheta eſt Cancellarius, ut vocamus, aut libellorum magiſter, ſive archivi præfectus. Pro δρόμου legerem ſi licerer, δόμου: ut intelligeres domeſticum Imperatoris, atque intimum ſecretarium, nolui tamen ex conjectura mutare, præſertim cum ſic rurſum legatur Initio Michaeli Theophili F. & alibi frequenter. & VVolfius citet ex libro de Officiis palatii, id munus jam tum, cum ille liber ſcriptus fuit, ignotum fuiſſe. Interim non diſſimulabo Himerium, qui ſub Leone Baſilii F. (quem & philoſophum nominant) rem contra Agarenos præclare geſſit, a noſtro Protoſecretis, a Zonara dromi logotheram dici. diſſenſerint ne ſcriptores, an duo hæc nomina idem officium ootent, non eſt meum pronuntiare. Certe Zonaras hunc Theoctiſtum Caniclii præfectum (τὸν ἐν τῷ κανικλείῳ) vocat, in fine hujus Theophili: & noſter, ubi Theoctiſti logotheræ mortem refers, eo ſablato Bardam Caniclei dignitatem in ſe tranſtuliſſe ait. 262 Canicleum.

Georgio militiæ præfecto.) στρατηγικῆς: militari. Funda, σφενδόνη, locus eſt io Circo, cujus & alibi apud noſtrum & Zonaram mentio.

Solvi ſtipendia.) ἀπορίαν. Nntum eſt ita apud hiſtoricos militam ſtipendia vocari, quod maxima eorum in victa pars eſſet. 263 στρατιῶται

Divinatque.) καὶ μαντεύεται. Portaſſis innoit, eum noo modo conſultaſſe cum ſuis de re gerenda, ſed etiam ariolis & divinationibus uſum, quibus impii ſolebant. Deinde,

Ducem ducum.) ἀρχοντα τῶν ἀρχόντων. ſummum prætorem. Sed quis iſte, aut quo inter Sarracenos ordine ac officio fuiſſet, hic non exprimitur. Paulo ante, 264

Haſtarum utriuſque partis ſegetem.) δορατων καλαμῶνα ſic verti. καλαμῶνα enim mihi videtur dixiſſe forma τεμνωνικὴ (cujus eſt ἀμπελὼν, δαφνὼν, vinetum, lauretum, & ſimilia) colmetum collective, multitudinem haſtarum: quia multis in ſe- 265

gete culmis erectis ſtantibus, ſimilis quodammodo eſt acies haſtis armata, cum cæ rectæ renentur: unde etiam poetas comparationem duxiſſe novimus. Manuelus ergo videtur monuiſſe Imperatorem forteſis non cor milites, aut pugnam obituros eſſe in tanta multitudine.

266 *Senatus & comitii.*) *συνέδρια*. Paulo poſt rurſus ſic ponitur. Ego ordinem Eccleſiaſticum eo vocabulo intelligi arbitror. *τακτικὸν.*

267 *Notas fallit Joannes.*) Librarius hic adſcripſit, quod recte multis aliis locis, ac rectius multo quam hic, annotaſſet: Cedrenum ſcribendi nimirum materia deſtituram hæc narrare. *οὐκ ἀγνοῶ δὲ ὅτι τὰ τοιαῦτα παρὰ τοῖς ἀκριβέσι Κεδρηνὸς.*

268 *Hujus vero contemptat.*) *τούτου δὲ τὸ ἀπερίσκεπτον*. Locus obſcuriſſimus. Ego ſic intelligo, illipolatos fuiſſe pontifices, & ſcriptis confirmaſſe, & ſalutem Imperatori Theophilo imprecatos, & veniam peccatorum ſuis ad Deum precibus: quod & feciſſe eos Zonaras ſcribit. Eorum ergo promiſſorum ipſos admonet Auguſta. & reſpondent: ſe iis ſtaturos, etſi Theophanes parum hoc curans mineatur, ſe ſuas injurias Deo judice proſecuturum. Zilicam hæreſis videtur chriſma contempſiſſe, quantum ex hac narratiuncula darar colligere: & uſus ſum voce perficare, quod in Græco eſt *τελειῶσαι*, & ſacramentis ii adſcribunt.

269 *Pulveremque ibi depoſuit.*) *τὸν χοῦν ἐκίνησε κατὰ τοῦτο*. Credo ira intelligendum, voluiſſe Manuelum ibi ſepeliri. *Edit. Paris. pag. 82.*

270 *Acta referendi gratia.*) *μετὰ τοῦ ἀναγνῶναι δὲ αὐτὰ*: lego *ἀναγνῶναι*. cum quæ in ſenatu aut alias acta eſſent, Theodoſius Theodoræ indicaturus. Sic & Zonaras: quamquam *ἀναγκαῖα* fortaſſis aliquid aliud poteſt ſignificare, reditus nioiirum publicos: quorum diligentem geſſiſſe curam, & Reipab. uriſem, Theodoram, ex eodem liquet. Sed prius præſero: quia de Bardæ imperitu eam agitur poſtea, eadem voa ſic uſurpata eſt.

Curiam.) *ἀνακτόρια*: abi ſecretarii conveniebant.

Sodalitates.) *ἑταιρεῖαι*: Forte ea ſuis, qui in necem Theoctiſti conſpiraſſent. alioquin *ἑταιρεῖαι* ſunt ſodalitares, id eſt certus militum ſen ſtipatorum aulicorum cœtus, quarum mentio non infrequens.

271 *Conſtrudas dedit.*) *δῆλωσε τῷ ἰδίῳ, ὡς εἴη ταῦτα χωΐσματα*. forte ſic: Dedit eas privatis hominibus, qui cum eas geſtare ipſis permiſſum aut decorum non eſſet, de iis conſtandis, antoque in uſus ſuos vertendo cogitarunt, at *τῷ ἰδίῳ* ſit pro *ἰδίοις*. Quid ſi *ἰδίῳ* forte ſcripſit? & monetæ percuſſor, qui formam auro imprimeret, ſic appellatur? Sed neſcio.

272 *Loco proſatis.*) ex Zonara, pro *τοιούτου*, legi *τετραετοῦς*: idem habet *Λακεδαίμων*, Lalacaonem. Videtur in hoc alluſiſſe ad *λακὸν* & *ἀγῶνα*.

273 *Cum ſua nuru.*) *τῇ ἰδίᾳ νύμφῃ συγγενομένῳ*. & ſic ſupra quoque, abi de ſummovendo Theoctiſto Bardas dicitur cogitaſſe. Filiam habuit Bardas Antigonum, domeſticum ſcholarum.

In Deutero pagiæ.) *Δεύτερον* loci nomen eſt, 274 at & Hebdomum. Secundum verteres: ar & Stenum, quod noa ſequitur, angoſtias, niſi Græcum proprium retinere præſtaret. *στένα*, forte ſunt *στένωπα*.

Aſbeſtotyrum.) Caſeum non eatinctam, ad ver- 275 bum ſonat: quid rei ſit, malo alios judicare. id quidem apparet, caſeum rudem, & minimi pretii fuiſſe.

Veſte diduſta, paſſare ex baram.) *ῥαπίσμασι διαπεπλεγμένα, πρίσμασι χώδια*, obſcura mihi. 276

Commendaret.) *τὸν ἀποκατηχήσοντα ἐκπαιδεύσει*. Zonaras, *τῇ διαπλάσει σωφρονίζοντος*, clarius. Sed ſupra D. Gregorius theologus perhibetur oratione ſyntacteria habita, diſceſſiſſe ab eccleſiæ gubernatione: quæ videtur de eccleſiæ concordia & incolamitate conſtituenda fuiſſe. 277

Chora.) *χώρα*. idem fere ſignificat quod locus, *τόπος*. Sed tamen hoc non tam valum fuit accipere pro proprio, quam tilud.

278 *Deinde cognatum.*) Senarius primus Euripidis eſt, medius integer, ſi legas *καὶ δὲ γνήσιον δὴ*. videtur autem alludere ad nomen Baſilicini. alioqui non vidco qui ea Imperatoria credamus fuiſſe remigem familia. Quale autem poculum ſit diſcopoterium, non aſſequor certo. Quid ſit diſcas, alibi eſt explicacum: & polycandyla ſuſpicor eſſe corruptam ex ſemilatina vocem, ut ſint *πολυκάνδηλα* candelabra multas recipientia candelas. qua conjectura facile patiar firmius aliquid monſtrari.

Calamo.) *τῇ βέλει*: ſagitta puto, aut ſpiculo 279 miſſili. Sane apud Latinos poetas calamam quoque Calamus. pro ſagitta poni obſervatum eſt, nimirum quod ex calamis fieremi ſagittæ. Virg.

— cum Daphnidis arcum Ecl. 3.
Fregiſti, & calamos. Horat.
— Calami ſpicula Gnoſi. 1. Od. 27.

Quid autem ſit *βαρδούκιον*, barducium, quod mox ſequitar, incertus ſum. Credo faiſſe baliſtam, aut aliquod teli vel jaculi genus.

Quia & in Eldixo.) Locum viderur hæc vox ſignificare, fortaſſe in quem ſuum quaſi peculium quoddam Imperator reconderet. 280

Inſtrumentum.) Muſicum puto, *ὄργανον εἰς Orgel oder Inſtrument*. De Genico annotatum eſt principio Operis.

Inque exilium acta.) *ἐκπεπόμφασι ἐξορίαν δοῦναι*. Scriptum eſt in codice *ἐκπεπόμφασιν*, & *μ* ſuperne inter 281 *r* & *φ* annotatum. Legi itaque, eo omiſſo, *ἐκπεφάσθαι*, quod apparet ex vitioſa dipthongi *ω* pro *φ* pronuntiatione mendum natum. Sed ſequentia quoque vitioſa ſant. Chryſochireo Aurimanam vertere poteram, cajus mentio ſequitur.

Pro tali meritis.) *ἀφ' ὑπερτιθεὶς σου τὸν πάτρων ἀμοιβὴν*. non aſſequebar quid ibi illud *πάτρων* vellet, 282 an parentes vel majores, quod vix quadrat, cum ab ipſo Chryſochire captus dicatur Pulades: an patronum ſignificaret. itaque eum *σφαλῶς* appellaret. itaque omiſi.

Adapam.) Apud Zonaram eſt Adata. Sed rurſus noſter Adapam vocat in Conſtantino Leonis F. ubi eam eapugnaram a Barda Phoca refert. Paulo ante pro *Ἀνάζαρβα* legi *Ἀνάζαρβον*, quæ eſt Dioſcoridis medici patria, urbs Ciliciæ nota, etiam aliis ſacta ipſius in re ſimili mentione motus. Poſt aliquanto, 283

Curtis & Sarracenis.) *Κούρτων*. Forte Cretibus nam Cretam quoque Agarenos tum renuſſa liquet. niſi ſi quid eſt aliud. nam Tarei, quod ad elementa, magis hue quadrarent, quam quod ad rem.

Chrobatæ.) Eos eſſe credo qui Crabatæ dicantur, unde Croaria ſive Crabatia. Paulo infra bi Scythæ omnes Slavini dicuntur. *Ῥαούσιον* eſt Raguſium, 285 etiam Zonaræ. Aliquanto poſt,

Delicho Franciæ rege.) Nolui mutare *Δελίχου*. 286 corrupteum eſt ex *Δελοῦχον*, aut ſimill. Nam hiſtoriæ doceor, Ludovicum ſecundum tunc Occidentis Imperatorem fuiſſe. quem noſter, qui ſuis amplius vellet tribui, regem modo Franciæ, ſicut & Carolum Magnum ſupra, vocat, hajus avum.

Quod baptiſmum ſe illis.) Divinavi, verbis etiam obſcuris interpretandis. Credo, quia baptiſ- 287 mo ejuraro ſuiſſent Sarraceni facti & recuriti, eum hoc voluiſſe dicare, cutim ipſorum propriam non eſſe, ſed religioni conſecratam. altero ſupra verſu *νῆσον*, verti per inſulas. nondum enim erat recepta Creta. Naſar apud Zonaram, vocatur Narſas.

Neque fefellit Baſilium.) *οὐδ' ἀπεσφάλη τῆς ἐκ* 288 in margine *ὑποψίας*. Eſt autem ad verbum Non habuit cæcam ſpecalationem: id eſt, ſpeculatus eſt omnia diligenter, & nihil enm ſefellit. Homericum eſt Iliad. *υ'* de Apolline, & alibi.

Diaconitzes.) Credo filium Chryſochiris fuiſſe, 289 ejus qui ſupra oſtenditur interfectus. alioqui famulum ſignificat vox, forma diminutiva, a Diacono: ut Theophilizes, pro Theophilo.

Ædem, ut ait, porta vigeatem.) *ναὸν ὑβίσατο*. Sane 290 eſt ſcribendum *ὑβίσατο*. qui error me monet, ut pro *ναὸν* ſentiam forraſſis *νῶν*, at eſt apud poetam, ſcripſiſſe Cedrenum, aliques ſuſpicatar or Ego tamen alluſiſſe modo eum ad locum Homeri ſuſpicor, neque voluiſſe remplum adoleſcentis nomine

afficere. ſed *τοῦτ* (hoc eſt *τοῦτ*) ſiotiſima appellatione dialſſe: res eſt non magni momenti, & elegantia non uſquequaque elegans. Alluſit autem ad Phœnicis verba, Iliad. 9.

——*ἀγ' ἴτω μοι ὑποτρὸς Οὐκ αὐτὸς*
Τέρπεται αὐτὸς ἔπεσσι ἅνωγα τοῦτ' ἐπιβουλεύειν.

quod propter imperitiores annoto.

Ad fontem.) *ἐπὶ τὴν πηγὴν*: proprium puto, vel *κατ' ἐξοχὴν*. Paulo poſt plurali numero, *ἐπὶ πηγαῖς* ad fontes verti. *Ἐξηγησάμενος* paulo poſt verti doctores, conjecturam ſecutus, quod ita non minus quam cantoribus probabile ſit auctu aut facta ſtipendia.

291 *Hagiopolita.*) Apud hunc & ſimiles ſcriptores ſicut regia urbs Conſtantinopolis loco, ita & pro Hieroſolymis ſæpe urbs ſancta *κατ' ἐξοχὴν* ponitur, quod animadvertas facile. atque probabile eſt de Hagiopolita, intelligendum Hieroſolymæum. *Edit. Pariſ. pag. 23.*

Harmoniarorum.) Zonaras non *ἁρμονιαστῶν*, ut noſter: ſed *ἁρμοστῶν* habet, Armenianorum. Ea hoc loco apparet, jus deſignandi ac ſuffragiis eligendi patriarchæ Conſtantinopolitani fuiſſe penes Heracleæ epiſcopum. Præſes eſt *πρωτοθρόνου*, principem in conſeſſo locum habens, qualis (puto) noſtri Decani. *πρωτοθρόνου.*

292 *Augeo Longobardiæ dux.*) Hsgio Zonaræ. Sed profecto qui per id tempus Fraocorum fuerunt reges, quod ego invenire poſſim, talem generam non habuerunt. & amplius inquirendum cenſeo. Hæc ſane in Caroli Cruſſi Imperium incidunt, paulo ante geſta, quam eo mortuo Berengarius Ticini ex duce Fort Julii contra Arnulphum Imperatorem Romanorem seu Italiæ eſt creatus. Forte Hugo hic dux Longobardiæ dictus fuit. ſed nihil habeo comperti, niſi ſi is eſt Hugo ille Lotharii regis Locharingię ex pellice Uvuldrada F. Lotharii Imperatoris N. quem conſtat ex hiſtoriis eo ipſotempore quo Leo non ita pridem Imperator Conſtantinopolitanus factus eſt, Godefrido Friſiæ regi ſororis ſuæ marito, auctorem fuiſſe rebellionis contra Carolum Cruſſum Imperatorem. Cæterum id notum eſt. Conſtantinopolitano Imperio ſubjectos a noſtro hic & alibi Romanos dici. neque eum Imperatores Germanos pro Imperatoribus aut Romanis agnoſcere. de qua re & ſupra monui & niſi hoc obſervetur, multa abſurde accipi oportet. ut (verbi gratia) quæ ſo primo anno Nicephori Phocæ de Italis opera Romanorum (ſic vocat Conſtantinopolitanos) liberatis, &c. Quorem poſtea mentio ſit, Ungrorum (nam ſic perſpicue appellantur, *Ο* & *Α* Zonara: quamvis alii Ugros legant) iis haud dubie ſunt, qui hodie Ungari dicuntur. Romani.

293 *Filia Babylonis.*) Imprecatio ex Pſalmo, ut videtur, 137. deſumpta. Statim,

Epeiſta.) *ἐπείστη*. Hoc vocabuli quid ſignificaret, non eſſequebar. quamquam ſi conjicere libeat, putarem eſſe *ἀπὸ τοῦ ἐπίστην*, fortaſſis operarum exactorem. nam ab urgendo quidem dicitur: ſed quos homines eur quas res urſerit, ſciunt alii. Zonaras *πύκτου* ſcripſit, quid autem eſt *πύκτης*? Fabram via puto. Hic meam conjecturam exponam libere in re nullius, aut non magni (ut apparet) momenti. *πυκτὶς* inſtrumentum eſt ſive mulierum chordarum, ſive alias varium concentum edens: quod non tam ea Lexicis didici, quibus non temere credo, quam ea Plat. 3. *πολιτικῶν*. Verba ſunt: *Τοιγαροῦν ὅρα ἐνταῦθα μὴ πάντων ἀργότατον ὂν πολὺ χρῆσθαι ἐκπλαττομένοις ἀνομοίοις ἀεὶ ὁρμάμενον*. Jam ea ſcit Cedreni & hujus farinæ ſcriptorum licentia dicam, an audacia, ut citharœdum aut muſicum facile illis fuerit *πύκτην* nominare. ejus vitii (non enim eſt niſi vitium) exempla ſubinde iis legendis deprehendens. Quid ſi ergo is *πύκτης*, muſicus fuit, atque adeo ille ipſe muſicus eunuchus (cui nomen Meſici facile ab arte potuit fieri, ſi quidem Copronymo, Iconomacho, & aliis potuit Imperatoribus, & eliis præterea ſummis viris ab aliqua actione imponi: aut vero *πολιτικὸν* pro cognominari poni, ab homine nihil minus quam proprietatis ſtudioſo) qui occaſionem Bulgarico bello ſua avaritia præbuit, fretus gratia io qua apud hunc Zautzani fuit: quod eo erat facilius, ſi eam geoetis propinquitate attigiſſet. Hæc ideo libuit annotare, quod ſcio, hac diligentia adhibita doctor viros ſæpe magnis bonorum ſcriptorum vulneribus medicinam feciſſe. interim nihil mutavi, ut ſi quis ſciat Epicta quid ſit, dicere poſſit eo liberius. Hoc addo, cognomentum Epictæ infiu poni Chriſtiſero Andronici F. in Baſilio Romani F. de Duro oppreſſo. De Samonæ & omnium calumniatorum privilegio hic neque quæri volo, neque exemplis productis tem qualisſit explicare. *πύκτης.*

Zoe amitæ ſuæ juſta exhibiturum.) *διατελεῖ λειτουργῶν* ſic verti in genere, ea quæ poſt mortem pro ſalute animæ deſanctis a propinquis fierent. Fortaſſis fuit aliqua eleemoſynæ diſtributio, quod *λειτουργία* vocabulum videtur velle: & quia non eſt expreſſum, quo grada cognationis Zoam uttigerit Baſilius, ſpeciei vocabulum (ut uſſolet) communiter poſui. Certe noſtrum conjecturam de Maſico hic locus videtur valde approbare. 294

Statutis præceptas invitationes.) *τὰ πρὸ τίνων κλητώρια, τίνων* eſſe ſtatuta, leges, &c. apud hos ſcriptores ſæpe obſervatum eſt. *κλητώρια* hæc puto fuiſſe ſolemnia convivia ſive epulas, quibus Auguſtus & Auguſta & proceres interieſſent. In Juſtiniano Magno, ad annum ejus trigeſimum mentio ſit *κλητωρίων διαπεμψάντων*; quæ hoc loco collato, ſi legas *κλητορίων*, duodecim dies durantia convivia videri poſſint. Hæc corriget, aut augebit, ſi cui res eſt ocrior. Poſt, 295 *κλητώρια.*

De ſuggeſtu.) *ἀμβωνος*: *lettner, Porkirchen*. partem templi editam, quales columnis ſuffultæ, aut parietibus affixæ, vel in adytorum veſtibulo in altum extructæ hominibus recipiendis in templis viſuntur.

Tetraodium, videtur hymnus quatuor partibus ſeu carminibus conſtans, fuiſſe. Sed quid illud Cyri Coſmæ ſit, viderint alii. Pſalmi verba ex uſitata verſione eppoſui. 296

Nervos incidit.) Nempe ut fui inſequendi, atque eu fuga retrahendi commoditatem Imperatoris miniſtris præriperet. Cæterum in Græco eſt *ὑγιαινόντων ὑγιαινόντων*, quod verti pro ſententia. Vide ſupra uſum hujus vocabuli Aonotat. 143. Non multo poſt ſequitur. 297

Atque ob hoc factum.) Nemque quod quatuor axoree unam poſt alteram duxiſſet (nam priot illa Zautzza Zoe concubina mihil ei obfuit.) Quid aerem ſit *μετανάιφων*, mitatorium, neſcio. De mitatis diſtam aliquid annotatione 95. & fortaſſe fuit ſani pate quædam, queſi prophana, & iis erium eccelſa, qui lacrorum aſu arcercotur. Nam quid antiquitus in eccleſiu fieret, hic nolim diſputare, cum apud leviculos Græcos ſabinde appareat aliquid mutarum. Mitatum nomen fuiſſe ſynagogæ Sarracenæ, in Iſaeio Angelo memorat Choniates. Sed id huc non maſtum facit, niſi quod horum quoque ſynagogas apparere poſſit certis metis fuiſſe incluſas. Non multo poſt rurſus mitatorii hujus ſit mentio. *παρεγκαινίσαντος*, ſcilicet verbi cubicularium, qui prope Imperatorem cubaretatque ſic alibi etiam verſum velem, evidentiæ cauſa. *γαλακτόπολις* lactis fontes ſonat. Moa, 298 Mitatorii.

Simul aut quatuor.) *κατὰ ταυτὸ*, eſt ſimul. Ego autem ſane non puto hoc voluiſſe Leonem, ut ſimul tot uxores: ſed ut ana mortua, altera ducetetur. Quod ipſem feciſſe, atque ideo at impium a patriarcha fuiſſe excommunicarum apparet. nihil tamen volui mutare. Zonaras habet *κατ' αὐτὸ*. Ipſius, vel ſuo exemplo: id eſt, ut quartæ Leonis nuptiæ non Leoni modo non vitio darentur, ſed idem aliis imiteri impune liceret. Poſt *κηδεστὴν*, affinem verti: quod gener ne, ao ſocer, aut quid tandem fuerit, ignorarem. 299

Temere viſuntur.) *μὴ ἀδίστα*. lego *ἀδίστατα*. Id enim ſeoſus videtur exigere. Megiſtu Cæſonitæ propria duxi. alias verti poſſunt, maximo cubiculario. 300

Falſo ſilentio.) Edicto urbitror, ut alibi quoque. 301

Poſt, elementum haud dubie.) *τοιχεῖον*. Sic vocat 302

vocat rem, quæ magicarum artium vi ulicujus hominis fortunam gubernet. qualis (verbi gratia) in Romano Lacapeno Simeoni Bulgaro ſtatum in Xerolopho fuit, qua truncata is perilt. Fere ſimile aliquid poetæ habent de fatali Meleagri ſtipite: & Apollonius in Argonautico carmine de Hamadryade, libro ſecundo. unde *καχομαντικὸν* magi dicti, qui & res certis notis & incantationibus vim quamdam ad aliquid præſtandum putabantur conciliare. & *καχμᾶσθαι* verbum, magicis artibus aliquid moliri & paſſive inſtru de ea ſtatua: *τελεῖται γὰρ ἀνεφ' ἑαυτοῦ καχμᾶσθαι* nam hanc ei vi quadam magica eſſe fatalem, *ὡς τὸ Σιμεὼν ἐκαχμᾶσθαι*.

Edit. Paris. pag. 54.

303 *Inde ad circum pergit.*) Atqui erat eo excluſus, niſi alia fortaſſis porta intrarit, aut de ulio (quod arbitror) circo loquatur.

Remigibus.) *πλοίοις*. quia remigio naves impelluntur. *πλοίμοις* habet Zonaras, quod idem eſt, ſocios navales. *ὅπλοις* arma verri. neque enim curribus uſi ſunt: & hanc vocem, quo modo multaa, Græcam feci, ut ſupra quoque monui.

Chaldienſis.) Vox obſcura, &, ut puto, falſa. aliquanto poſt epiriptarium Græcum vocem retinui, quæ cuculiam aut aliud quod rapiti ſubjiceretur, tegmen videtur ſignificare, *ὅπερ τὸ ἐπιβλητικὸν*. Apud Zonaram porro contrarium hujus loci legitur, diſſiluiſſe nimirum hanc pacificationem: quod probabilius & verius puto. mox enim rurſum fine violatæ pacis mentione refert Simeonem in Thraciam graſſatum.

304 *Drungatium vigiliæ facit.*) Repetit *ἀπὸ κοινοῦ* verbum *φρουρεῖσθαι*, utpote non eiuſdem officium unius *στρατηγίαν* duobus commiſſum fuiſſe, quod verba ambigue poſita præ ſe ferre videntur.

Si patritio honore inſigniretur.) *πατρικίων τιμηθείη*. forte ſic fuit vertendum, Bopas patriciis promittit, &c. ut non hoc operæ præmium reculerit, ſed jam ante patricius, in ſa receperit rem. Lit enim ambiguus locus. Quis autem ſit ille princeps principum, *ἄρχων ἀρχόντων*, nondum didici.

305 *Petalium multitudo.*) *πλῆθος ἀχὼς*. Alludit ad Euripidis locum, qui eſt in Hecuba. Joannes Leonis ſucceſſor eſt Garidas, quod cognomen hic addidit etiam Zonaras.

306 *Tertia Galileæ.*) *Δευτεροπεμπτὴν* vocari feſtum diem, quo memoria recolebatur lætus de Chriſto incarnando nuncius a Gabrielo D. Mariæ virgini oblatus, apparet. quid autem hoc Galileæ ſit, neſcio, ac videtur mendoſum. pro eo Zonaras Paſcha habet. Quod autem Romanus Leoni opprimendo adeo ſtuduit, cum quo paulo ante fœdus feciſſe dicitur, id nimirum novæ neceſſitates priſtinis prælatæ efficiunt. *da liebert kam, was leidets aus*. nam oppreſſo Leone, ſub ſe habuit & generum, & Imperium. Aliquanto poſt,

307 *Curatore mangonorum.*) id eſt, balliſtarum, & aliorum id genus tormentorum, ut alibi.

Cum is venatum exiret.) Fortaſſis: Cum apud Cynegium (loci nomen, forte ubi in urbe venationes edebantur) prodiret.

308 *Die ſacrorum luminum.*) Puto eſſe, quem alias purificationis Mariæ vocant, *Lichtmeß*.

Ac ſolt das.) Obſcurus locus. forte Conſtantino domi relicto & ſpreto, Romanus cum filio, utpote Imperatores, ſacrum pompam duxerant. De proceſſu alibi dictum. Tribunalium, locus tribunalis videtur.

309 *Sancti ſepulchri.*) *ἁγίου σοροῦ*. Dubito de hoc loco. *σορὸς* tumulum ſignificat, & ſepulchrum. forte fuit ædes in Blachernis, ſepulchri in quod Chriſtus depoſitus fuit ſimilitudinem referens. quale Spiræ Nemetum ſuburbanum, & alia ubi viſuntur, *Zum heiligen Grab*. & ſit mentio paulo poſt. Chaldia regio eſt (ut apparet) Syriæ, hoc quidem loco. Num in Nicephori Phocæ Imperio diſerte Calabriæ aſcribitur. Ex Baſilio Romani F. ubi Phocæ contra Durum res geſtæ deſcribuntur, Iberiæ vicinam fuiſſe Chaldiam videri poteſt. Quod ſit manglabitæ, vel ut ſupra ſcripſimus eſt, manglabytæ officium, neſcio. talia videntur etiam Myſticus & Stylota & quem alius *βιλάτορα*, paulo poſt ipſe *παραπαιδιστὴν* videtur dicere, quaſi vivarium Imperatoris.

Chaldia.

Ad hæc aſſis conſilii Coſmæ.) *τῇ ὑποθέσει*, &c. *καταβιβάζεται*. Hunc locum, ſecutus conjecturas & ea quæ ſequuntur, ita legi, ut ſi *τῇ* non ante *ὑποθέσει*, ſed ante *καταβιβάζεται* eſſet ſcriptum. Apparet enim Coſmam genero ſuo faviſſe, & in affectando regno conſiliis juviſſe, quare & magiſtratus ei fuit abrogatus, ut minime credam hoc judice vel auctore Myſticum fuiſſe nula pulſum. 310

Libraiarii.) *χαβδάτου* habet Zonaras. nos *χαρτάτου* vitiate, litteris trajectis poſt Sufurbulus, deinde Sorſubuius ſcribitor. Sicut poſtea Aposblathus & Apoſalathus Melitenus. utrum rectius eſſet ignorans, utrumque reliqui. Sic Cracas & Cracras infra in Baſillo, & alia alibi quoque multa id genus, quæ perſequi nolo. 313

*Cum nollet * ſed.*) Locus eſt mutilus. credo ſic integrandum: Cum nollet, imperator vi cum eum deturbare vereretur, quæſivit, &c. In margine librarius annotavit, *ὅρα τῇ μητροπολίτῃ καπάνου, τῇ Ἀγχιάλου ἀνακλητον*. Obſerva, loquit, & metropolitæ (ſic vocat *τὸν Καισαρείας* epiſcopum Theophanem) malitiam, & ſummi pontificis rudicatem. Id enim, puto, *ἀνάκλητον* dicit, quod Tryphonis animus non erat ita formatus, ut artes illas intelligeret, quid ſi *ἀνάκλητον* ſcribere voluit, quod non exaturaretur legitima patriarchates adminiſtratione? 313a

Hugonem regem Franciæ.) Imo vero, ut hiſtoriæ loquuntur, Italiæ. Sed in his rebus neque noſter, neque cæteri hujus farinæ ſcriptores faere diligentes. Conſtantinum Porphyrogenitum, intelligo non Romani filium Conſtantinum: ſed Leonis, cum cui ut genero impoſuit Lacapenas, & ipſo in ordinem redacto ac circumſcripto ſere, ſolus cum ſuis filiis Imperium geſſit. Porphyrogeneretorum primus commemoratur Copronymus, a conclavi palatii, cui Porphyræ (fortaſſis quod purpureis tapetibus vel aulæis eſſet exornatum) nomen, in quo natas eſſet. ne fortaſſe erlam reliqui, utpote genuini, & tuo loco nati Imperatores, loco eo puerperiis deſtinato. Noſter Leonis F. etiam infra ſic exprimit, in primo. Nicephori Phocæ anno: Romanum Conſtantini F. Leonis N. Romanum tertium optime dices, ne cum ultero Romano confundatur, Romani N. Chriſtiferi F. Nomen filiæ Hugonis tradunt Bertha Eudoxia. 313

Qui vocantur demi.) id eſt, pagi. Sic enim Cicero convertit Atticos *δήμους*. Cæterum aut *δῆμοι* pedes ſignificant, aut *τὸν δῆμον* quoque aliud quam communiter. Elis hiſtoria eu principio librorum ſacrorum Samuelis eſt notiſſima. & narratio de Edeſſena imagine a noſtro eſt, quamquam ſecius atque hic, ſupra expoſita.

ἐκὼν ἀέκοντι γε θυμῷ.) Homericum.

Pseta alt quædam igni calidiora.) Senſus eſt: Sicut calor alius ulio vehementior eſt, ita Stephani quoque aſtum & conatum majore Porphyrogeniti calliditate ac ſtudio impeditum & irritum factum. 314

Mortua virgine.) Alt ſe id ſupra quoque dixiſſe. Sed in noſtro codice, eo ipſo loco quo eam quinque annos cum Romano vixiſſe dicitur, librarius quædam (puto) omiſerat, quæ ab ulio deinde ſunt, ut & ulius locis, inſerta. Certe hæc cum ſuperioribus non congruunt, quod ſaris habui annotare. Et quod hic paulo ante Joannes Francorum five rex five Imperator dicitur, horum neutrum hiſtoriæ conſentit: cum per id tempus Romanorum Imperatores fuerint Henricus Auceps, & Otto (cujus paulo poſt ſit mentio) Saxones: in Gallia autem regnarint Ludovicus, & ejus F. Lotharius. 315

Templi cuſtodis.) *τὸ σημαντήριον τῶν ἐκκλησιῶν ἐν αἷς* pag. 55. *εἰσὶ*. excidit vocabulum haud dubie. nam quorſum referatur illud *ἐνταῦθα*? quale vel inſtrumenti vel armorum genus arripuerit, non poſſum divinare. *σημαντὴρα* accepi pro cuſtode, quem Homerus pro paſtore ponit. Iliad. *ε*. 325.

——σημάντορε δ' ἔπλετο λαῶν.

& *μέγα δουπήσαντα*, Iliad. *κ*. 485. quæ paſtore ſunt de-*σημαίνει*.

ſtituta. *παρὰ τὸ σημαίνω*, quod eſt, *ἐντέλλεται*, mandare. quomodo & *σημάντωρ* accipi poteſt ſatis Odyſſ. *ρ'*. Sed quid hic ſignificet, obſcurum relinquo. Paulo poſt,

316 *Leonem demeritus eſt.*) In textu eſt perinde ſcriptum, ac ſi ad triumphatum Apolaſaeram referretur, muneta ei & honores ab Imperatore obtigiſſe: quod abſurdum puto, & ad eum reculi, cujus opera hoſtis captus & triumpho exhibitus eſſet. Neque enim ſolebat triumphatis poſt pedibus preſſas eorum cervices Imperator gratiam ullam facere: & ſi novo hoc exemplo factum fuiſſet, vel maxime annotanda erat inſolentia. Chabdanus autem Chalepi ametas fuit, ut in Romano tertio noſter docet.

Quos coperat.) *ἐζώγρησεν*. Locus videtur decurtatus. & hos ante hanc apparet expeditionem captos fuiſſe.

317 *Joannes Alberici F.*) Is eſt Joannes XII. Papa, Alberici conſulis Romani filius, de quo vide hiſtoricos. Ottonem Magnum Romanorum Imperatorem regem Francorum vocat. de qua re ſupra monui: Cur autem hunc Polyeucto ſimilem dicat, non video.

318 *Anaſtres.*) In Græco eſt *ιγ'*. ſed falſum eſſe hoc, non Zonaras modo, ſed multo certius numetorum ratio docet. Conſer enim hunc annum cum anno qui ad mortem Conſtantini patris ejus eſt annotatus, invenies intervallum annorum non amplius trium.

319 *Methymnæ.*) Supra, Mitylenæ fertur fuiſſe in exilio. ſi ve is error eſt librarii, ſi ve interea Mitylena Methymnam translatus Stephanus. utraque urbs eſt in Lesbo inſula. Cometapoli ſunt dicti, quaſi pulli (id eſt) filii comitis.

320 *Non enim aptus erat.*) In margine, *τοιοῦτον ὡς ἐ ὁ τυραννίσας γέρων ἀφειχῶς ἐκεῖνον Ἀνδρόνικος*. Talis fuit etiam Andronicus ſenex, qui nuper tyrannidem geſſit. Noti ſunt de plebe verſus Lucani, quibus Britannas contra ſuum malo ſuo fecit:

neſcit plebes jejuna timere.

lib. 3 Pharſ

321 *Notum Dandulpho.*) Temporum ſuppurtatio & aliæ quædam conjecturæ me movent, ut hunc credam eſſe eum quem hiſtorici noſtri Rudolphum vocant, Burgundiæ regem, & Italiæ contra Berengarium. Hæc & alia multa haud temere apud alios ſcriptores inveneris.

pag. 513. a. 322 * ſupplevimus ex Scyliæ. *Videantur.*) Deſunt multa. * Librarius: *καὶ τὸ ῥηθὲν, ὅτι ἀφῆκε τὰ ἀντίγραφα*. Deeſt (inquit) una pagina etiam in exemplari. Poſſunt ea utrumque ex Zonara repeti. nam alioqui noſter eſt in multis copioſior. Pro Anabarza, Anazarbum legerem & Drizium apud Zonaram eſt *Δαζίβιον*, Drizibium. Poſt defectum, enumeratio eſt urbium, quas de Agarenis recuperavit eo bello Nicephorus.

323 *Ad Taxeidium.*) Locus videtur falſus, ubi veſtigalium aut penſionum rationes ducerentur. Paulo poſt,

Immobilibus locupletarentur bonis.) *ἀκινήτοις*. Non diſſimulabo, ſtudioſe me hac uſum voce, quæ ambiguitatem retineret. Nam & fundi ſunt immobilia bona, ac quicquid eo genere cenſetur: & ego tamen magis hoc puto intelligi æternis, quas vocant, donationibus, hæredem in perpetuum ſucceſſionem obligantibus: qualibus amplificata eſſe bona quæ Eccleſiaſtica dicuntur, non eſt obſcurum. nolebat, puto, unum aliquem Imperatorem aliis præſcribere ſucceſſuris, quantum ex ſuo fiſco decidere cogeretur huic vel huic caonaſterio, homo bello magnus, quod *ἐ ἐστὶν τὰ μετρίμενα*. ergo ſi quis vellet largiri, id ſine præſcriptione & in præſens (ſemel pro ſemper, quod ajunt) putabat præſtare fieri. nam vix credo eum prohibuiſſe, ne quis fundum donaret, præſertim privatus. Sed redibus perpetuatis ſretos ſacrificos videbas *σκανδῆρ*. Lector ſequetur quod voler. Omnino autem male apud hoc genus hiſtoricorum audiunt, quotquot bello remp. tuentes & augentes, non ditarunt ſacrificot.

324 *Tetartero exegitato.*) *τεταρτηρόν*. Zonaras ſcribit hexaglo vel ſexula (nam *ἑξάγιον* lego) eum redegiſſe *τεταρτηρόν*. quod ſic intelligo, poſteriotis nummi ad priorem fuiſſe eam proportionem, quæ eſt beſſis ad aſſem, ut major minoris eſſet ſeſquiplus. nam ut a 6. *ἑξάγιον*, ita a 4. *τεταρτηρὸν* videtur dictus. ut ſi vetus 6. (verbi gratia) obolos, novus 4. obolos appendiſſet: *τέσσαρα* pro ſumptu videtur bis hic poſuiſſe. Paulo infra.

Prædictum enim.) Librarius non inepte. *καὶ μᾶλλον ἐδόκει μᾶλλον αὐτὸν ἀφεῖναι τὸ βάναυσον τὸ Παλατεῖον διαγαγεῖν αὐτόν*. Oportebat, inquit, potius ſemper extra palatium degere, cum in palatio mortuorum ſe ex prædictione timeret.

Muro enim abſoluto.) Hæc ad Nicephorum pertinent, male cum prioribus connexa.

Quorum hic quintum.) Id verum eſſe nullo modo poteſt, cum omnino neque natus ſit patre Romano 325 antequam mater Theophano Phocæ Nicephoro Itaperatori nuberet. Ex iis quæ Panvinius, homo longe diligentiſſimus & peritiſſimus annotavit, deprehendere pores, Baſilium XIV, Conſtantinum XII. circiter annum iſto tempore egiſſe, quo ad Imperii ſocietatem ſint a Zimiſca adſciti, a qua vitricus eos vel propter ætatem arcuerat, vel ſaltem nihil præter nomen habuerant. nam in fine Baſilii Zonaras air, etiam cum Phoca eos imperaſſe. Panvinio adſtipulantur, quæ inirio horum Imperii multo quant hæc aptiora leguntur apud noſtrum & Zonatata habent teſteta.

Cum et dux fuiſſet.) *Δοῦκα δὲ ἦ αὐτὸν γεγονέναι*. Nobilis eſt in hiſtoriis his Ducarum familia. Sed hic officii nomen eſſe non dubito. neque enim arbitror eaſdem fuiſſe Ducarum & Phocarum familias. & cum alibi, tum in principio Baſilii Romani F. inveoies hanc vocem pro duce poſitam. ſarſumque præfectum Theſſalonicæ Theophylactum Botaniarem, *δοῦκα* vocat, alias *ἀρχοντα* & *στρατηλάτ* appellatum. Sic & Antiochenæ & Iberiæ *δοῦκες* io Conſtantini fratris Imperio. *Θεῖος* autem & hic & alibi, ſignificat patris fratrem. Nam Leo Curopalates (de qua voce alibi dictum) frater fuit Nicephori Phocæ Imperatoris, filius Bardæ Phocæ, quem pater Impetator factus Cæſareta crearat. 326

Paludamenta.) *ἱμάτια* hic ponitur, quod & ſupra pro ſtragula veſte, qua equus integeretur, poſtrum videtur. Ego non multum propietatem iſtarum vocum apud hunc ſcriptorem deprehendi, itaque verti libetint talia. Porro circuta hæc loca aliquotles per Occidentem Conſtantinopolis, & quæ el in Europa adhuc ſaberant, per Orientem Aſianæ provinciæ ſunt intelligendæ. ne quis imperitus Italiam hic ſomniet. Quod autem Theodora, Zimiſcæ uxor, a Cedreno filia Conſtantini Leonis F. & ſoror Romani tertii a noſtro dicitur, idem eſt fere apud Zonatam. Panvinius allos (puto) auctores ſecutus, fillam Romani II. ex Theophanone Anaſtaſia faeit, ſororem ſcilicet Baſilii & Conſtantini X.

Diſſipatis qui ibi.) Librarius in margine hæc adſcripſit · *διαμαρτάνει ἐνταῦθα ὁ τὰ τοιαῦτα βασιλέως ὑπομνηματίσας, ὅτι ὁ τὸν τοιοῦτον ἀν ἐκβάλλεται ὁ ἀδάπανος*. Miror, inquit, barbaris tunc non fuiſſe valldam aliquam haſtam, qua iſtum aſcendentem detutbarent. Quod videtur eo pertinere, quia ſane diluræ ſunt hæ narrationes: & tanta facinota diligentius per circunſtantias deſcribenda ſunt, ne figmenta potius videantur, & inepriæ. nam quin ſæpe unius hominis virtus contra maltos hoſtes ſubſiſtat ac vincat, non eſt dubium hiſtorica fide. Sed unum aliquem eo modo, quo hic ſcribitur in murum evadere, mul is deſuper armatis hoſtibus videntibus, videtur *ἀξιόπιστον*. Veriſimile eſt, quod Zonarata innuere apparet, eum loco aliquo defenſoribus vacuo murum renuiſſe, iremque alios: inde in propugnatores facto impetu, lls profligatis, reliquis adſcendendi facultatem paraſſe. Non multo artificioſior eſt infra io Baſilio de Ibaras excæcato narratio, ubi tanti facinoris auctor hoſtis potuit multitudinem hoſtilem armatam & fremenrem manus motu ſedare, & oration demitigare, quæ ne magiſtratum quidem ſemel concitata audire ſolet. *Edit. Pariſ. pag. 26.*

Dominicæ reſurrectionis.) *ἡ ἁγία ἀναστάσιμος*. quæ vox non integre eſt ſcripta, nota tamen S oſtendit non *ἀναστάσιμος*, non *ἀναστάσιος*, ſed *ἀναστάσιμος* legi debere. Itaque accepi de Chriſti a mortuis reſurrectio- 328

ne, eo factius, quod paulo poſt feſtus D. Georgio dies commemoratur, qui fere non multum abeſſe poſt paſcha ſolet. De Anaſtaſi & Anaſtaſia noſter ſupra alicubi.

329 *Cretenſium amerae.*) ἀ ἀφ κρητὸς τοῦ βασιλικοῦ. aut Baſilii cognomen eſt Curupas, & vox *ἀμφὶ* omiſſa, aut *βασιλικὸν* ameram denotat. prius verum puto. & poſtea *ἀμφὶ* de eodem additur, nomine omiſſo.

Romanum vero patricium.) Hujus alii (quod ſciam) non faciunt mentionem. In gratiam Lectoris Conſtantinos & Romanos ordine hic exponam 330



331 *Leporum.*) Sic noſter codex habet perſpicue. Apud Zonaram Lipara legitur, quæ vox multo eſt enocinior, & cum erymo, & cum lingua Græca magis conſonat. niſi forte Cappadoces dicebant λιπαρὸν, quod alii Græci λιπαρὸν. Sed & Licandum per ι scribitur ibi, hic per υ.

332 *Juſſique ſunt illo ipſo duce.*) Hic locus in Græco eſt confuſus & mancus, ut quidem judico. Hoc ex ſequentibus didici, hunc ipſum Curticem Duri claſſem duxiſſe, victumque ab Imperatoriæ duce Theodoro navali prælio tuliſſe. Sed Cibyratæ an pro Duro ſteterint: an vero (quod putavi) ab Imperatoris claſſe, cum ea ad Durum tranſiviſſet, juſſerit eos Durus oppugnari, non ſum certus. ſic Scyl.

Dipotamum videtur diſtam, quod inter duo flumina, aut potius ad confluentes duorum amnium, ſitum eſſet.

333 *Nulloque numero.*) μηδ' ἐν ἀριθμῷ λογιζόμενος ἀνήρ. In margine eſt, eſſe hoc proverbium. Sic autem de Agamemnone apud Homerum Achilles:

Iliad. 2. τίνα δὲ μάντιν ἐνὶ στρατῷ, εἰδότα

ubi quidam ἐγκρατῆ legunt ὑφὴν. Sed varias ejus diſſertationes hic afferre non libet, cum poſſint ex Scholiaſta, & Euſtathio, ac aliis repeti.

334 *Seiromaſta.*) σειρὰ eſt reſtis. Sed quid ſit σειρομαστὰς, neſcio. Pene ſcuticam converteram. Quod autem de crate & ventilabro dicitur quaſi adagio, hunc ſuſpicor habere ſenſum, quod cruta apud iſtos rerum pretioſiſſima, adeoque ſanctiſſima] res haberetur: ventilabrum vulgaris & vilis. huic ergo maledicum, illi modeſtum comparabat, fratres: quia & hæc ea eodem quoque ligno poſſe nulla eſt religio, & nota vatis divina ſententia.

335 *Georgio Davidi frater.*) ἀδελφὸν deeſt: ſed & ſenſus hoc ſuggerebat, & habet Zonaras. Hoc ea luco apparet, regulos iſtos, ſeu regionum Romani Curopalatæ. vicinarum dominos, vocari Curopalatas, & ſupra quoque facta eſt alicubi Iberiæ Curopalatæ mentio.

p. 549. c. 336 *Ne pot. multiplicandis prædiis.*) Hunc puto potius, quam ſcio, ſenſum eſſe legis qua reprimeretur nimia privatorum potentia, publica quoque bona lo ſuam rem redigentium. quod puto fiſſe ἐν ἑαυτῷ χωρὶν πλέονάσει, alia ſubinde aliis prædia adjicere. quod & hunc Maleinum feciſſe videmus, & in Baſilio præſide Tzimiſcas malo ſuo notaverat. Si quis quid rectius afferat, non verbum ei, ſed coronam præbebimus: non ut victori, ſed ut benemerito.

337 * ſupplevimus, & emē *Illo morte prævento.*) Non dubito quin hic locus ſit mancus. * ſententiamque fuiſſe conjicio, non ſucceſſiſſe iſtam Dyrrachii proditionem, ob præproperam Chryſelli mortem. Sed fuiſſe eo poſitum Baſilium, facile judicaveris ex ſequentibus: ut cum Baſilius dicitur defendendi a Joanne Dyrrachii cauſa inſtituiſſe profectionem, & de Joannis ibi cæſi morte a patricio Pegonita factus certior, &c. Pedias planiciem ſignificat. ſed proprium ſuſpicatus ſum. *Ἰωαννίων* dicit, qui viri illuſtres inclinato Imperio ſolebant dici, ſicut ſpectabiles, clariſſimi, &c. res eſt nota, & notationem vocis ipſe noſter ſubjunxit. davimus ex Scylitze.

Prilbatariorum.) πριβατάριον. Hoc quid ſit, nondum didici. Quid ſi aliquid præbendiariorum, quos hodie vocant, ſimile fuit? Neque neſcio b pro υ poni ſolere, ut privatarum poſſis legere, quod tantumdem mihi eſt notum. & κτίσματα τῶν θυτήκων videtur eſſe Aſſumptio, niſi ſi quid aliud eſt: non enim habeo quod affirmem. Vide infra in Ibatzæ hiſtoria, quod ad hunc locum intelligendum faciat. *Es vvar es vvar unſere Kirchvvohnen nit vnehnlich.* 338

Allelengum.) In margine librarius, *ἀ τοῦ ἀκριβοῦς ἐπιτίμια.* quæ ſi recte habent quod ad ſcripturam, mirari videtur ea exactionis tam ſubtilem rationem, qua etiam pro iis ſatis fieret, qui paupertate catrema & rebus perditis impedirentur, aut etiam ita mortui ſolvere nequirent. Sed Baſilium hoc non inveniſſe, ex Juſtiniani hiſtoria liquet. Ne eo quidem Lectorem defraudabo, quod adſcribit mox, ubi deprecatores pontificis repulſam paſſi dicuntur, *ἀπ' ἐκείνου ἔφασκε λοιπὸν ὁ Ἄγγελος, μηδενὸς παραπαίσαντος τὰ ἐπὶ τῷ παρόντι χωρὶς τοῦ Παυλικίου γένους ἐξεστιν ζῆν.* Contra, inquit, meus Imperator Iſaacius Angelius, neminem adhortante multis iniquis oneribus ſubditos levavit. 339 *Edit. Paris. f. pag. 37.*

Qui Baſilii imp. ſororem.) In Græco eſt ἀδελφὸς, quod mire obſcurat locum. ego ad hiſtoriam reſpiciens, lucem adhibui. Loquitur de Bladimero Roſſico principe, qui (ut Cedrenus ſupra oſtendit) Baſilii Imperatoris ſororem uxorem habuit. 340 *Pag. 166. b.*

Bezette Tzæſar.) ἐβεζήτει. id vocabuli credo ſignificare, fugiſſe quod circumſtantiæ arguunt aliquanto ſuperius. 341 * Interpr. Scyl. vicite Cæſar.

Quæ urbs caput.) Verba minime cohærent, & vix dubito quin locus ſit mancus. quod de urbe dixit, eam ego Strumpitzam fuiſſe conjicio. * Joannam autem puto vocare eam regionem, quæ Adriatico immineret mari, ob vicinitatem. 342 * Scyl. Orinam vocat.

At re.) * Deeſt aliquid ante hæc verba, nempe Xiphiæ mentio, qui ſe ſocium perduellionis Phocæ dedit: quod ſequentia docent. alinquin * οὐ) & cæ- 344 * Supplevimus ex Scyl. ſic Scyl.

te-

tera plaralia ad unum Phocam referri non poſſunt.

345 *Zacharie.*) Ante vocem Ζαχαρίου eſt α ſcripcum, & ſuperne quippiam litteræ χ non abſimile, cum gravi accentu. fortaſſis ἀρχοντα voluit exprimere librarius ea nota, mihi ſane non intellecta, ut ſit Zachariæ præfecto. ego omiſi in vertendo.

346 *In Armeniaco.*) κατὰ τὸν Ἀρμενιακὸν. Zonaras, ἐν τῇ κατὰ Ἀρμενιακὸν διοικήσει, in provincia Armeniaca: id eſt, in Armenia, quæ Romanis parebat. atque ſic etiam infra Ἀρμενιακὸν pro Armenia provincia ponitur: de peſte, in Romano Argyro. Mox,

Ex filia patricii.) Nomen hic excidit. apud Zonaram Alypius eſt. Idem Argyrum Argyropoium vocat. nimirum Argyri filium: quo modo Comitopoli ſupra, Bulgarici comitis filii dicebantur. De morte Conſtantini librarius non abſurde adſcripſit, bene cum feciſſe, quod quamprimum e vivis diſceſſerit.

Ἐκ ἑναίσιμον Χριστιανὸν, τοῦ ζῆν εἰς ἀπάτην γινόμενον. nam qui ſic vivunt, non niſi ſumma dant reipubl. mala. Infra,

347 *Conſanguineum patriarchæ.*) ὁμαίμονα. Solet autem poni hoc vocabulum ab his ſcriptoribus pro fratre, quomodo & Virgilius dixit:

Et conſanguineus lethi ſopor.

cum ſit apud Homerum:

ὀδὺ' ὑπνῳ ξυμβλήτην κασιγνήτῃ ὁμογαστρίῃ.

pro ὁμαίμονα autem legi ἀνέψιον, ſententiam ſecutus. Zoſtica an proprium ſit nomen, an vero (quod puto) Zoſtæ officium notet, ambiguum eſt.

348 *Capita columnarum.*) Locus eſt non ſummi momenti, & obſcurus. κιονόκρανα ſic verti, capita columnarum, γέισα incruſtationem ſeu tectorium opus. ἱλογραφικὰ coloribus pictum. Neque vel nimis anxie ſectatus ſum vocum proprietatem, vel contendere velim me omnia eſſe aſſecutum.

149 *Epiſcopo Peritheorii.*) aut Peritheorii. eſt enim ambiguum, loci ne ſit nomen, an hominis, ea vox. Sed & illud de fratre Michaeli Imperatoris non immerito eſt ſuſpectum. neque video quid aliud colligam, quam fratrem eum fuiſſe Michaeli Paphlagonis, qui poſt hunc Romanum Imperio potitus eſt: ut βασιλεύσαντα intelligas reſpecta auctoris, non Romani, quod & expreſſi.

350 *Alendis agrotis.* κοπροτροφία. Forte quæ vocamus leproſaria aut Lazareta, in quibus leproſi aluntur: ſolet enim λεπίδα pro lepra uſurpare κατ' ἐξοχὴν, ut alias monui. mox,

Circulatorium Artem.) ἀγυρτικὴ τέχνη. non ſane hoc intelligo. nam Joannes hic cubicularius fuit, niſi ante fortaſſis circumforanenm quæſtum fecit. Quod fuerit officium Panthei præfecto, neſcio. templi ulicujus cuſtodia videtur. Ad Romani mortem annotavit librarius, σημείωσαι ὅτι ἐστράφη ἐκ τοῦ Θωμᾶ λέγοντος· πῶς γὰρ οἶδα τὰ ἀπόρρητα, ἢ τὰ ἴδια ἀναλώσω; Obſerva, inquit, hic etiam illud Theologi: Qui enim ſervet aliena, qui propria perdidit? Quod quo ipſe retulerit, aut quid hoc ſacint, non video. Nam Helena quidem extra culpam eſt, uxor Argyri: quæ quantum in ipſa fuit, maritum ultro ſolvens conjugium ſervavit, oculoſque & Imperium is ei debebat. Sed in hoc Romano apparet, quam Deo improbatur, cum ipſius conſtitutiones quocumque etiam prætextu neceſſitatis violantur.

351 *Spectatiſſimæ.*) τὸν περιβλεπτον: quod vocabulum niſi eſt, quod non puto, proprium, deeſt nomen divæ, in cujus honorem monaſterium condiderit. Sed & infra in Calaphara eſt τὸν περιβλεπτον μυτὸν, non procul a Sigmate. Cæterum Michaelas hic Imperator Paphlago fuit: & in margine habet epithera ἀργυρωμένα, quod ſignificat argento vendicum: & δαιμόνιον κατέχει, quia malo eſſet occupatus genio, ut poſtea Cedrenus narrat.

352a *Barangorum.*) Ex Choniata apparet, hos fuiſſe ſatellites ſeu ſtipatores Imperatoris in bello, bipenniferos. Unde & qui fuerint neſcire ſe, aut ſaltem explicari velle librarius oſtendit initio Stratiotici, ubi eorum fuit mentio.

Viri acinace.) Sui ne mariti, an barangi?

Qui mortem ſibi conſciſcunt.) ἑαυτοκτονοῦντα, ſic verti, quod non puto omnibus violenta morte extinctis hanc fuiſſe conditionem impoſitam, ſed illa ſibi exitium adſciverat.

Rem ipſam repræſentans.) ὑπόπτερα, ἀπὸ ὑπτερ. Ex Homeri Odyſſ. lib. v. 349.

Aſpracania.) Sic ſupra aliquoties. nam hic Βασπρακανία legitur, Baaſpracania, mendoſe nimirum alterum. Certe in Monomacho & apud noſtrum Baſpracan, & apud Zonaram a geminato Baalpracan Media nominatur: & ſic etiam in Cedreno delinceps legitur, ac Baaſpracania. Orphanotrophus eſt Joannes Imperatoris frater, ſic & ſupra appellatus. 153

XLVIII.) Contra fidem Græci exemplaris (id enim XL. habet perſpicue) ſic ſcripſi, ſeptem annorum, atque adeo indictionum, quas his locis haud dubie * designat, ſecutus, ut Lector facile animadvertet. Paulo ante, ὅπου ποτε, *ubi nam eſſent* quærentem, participium abeſt in Græco. Quid porro ſit ἀκριβὲς, quod notarium, verbum de verbo expreſſi, non aſſequor, & qui ponderis aut nomiſmatis hoc ſignum * rr. denotet. 354 * id eſt, ommos.

Baptizabat.) non, puto, baptizabat: ſed de ſacro fonte ſuſcipiebat, quod pietatis non puſtremum opus judicabat, eoque ſe a Deo ſanctatem redemturum. Id obiter notandum duxi, in hoc & ſequenti valde multa eſſe non ſatis conſentientia apud noſtrum & Zonaram. Sed quia uterque jam in manibus eric hominum, noſtrum non eſt ea in has chartas ingerere. 355

Stauropatam.) Unde ei hoc omninis fuerit, non aſſequor. ſonat quaſi crucis conculcatorem. ſed an impius etiam habitus hic ſit, non conſtat mihi. 156

Effodiantur oſſa.) ἀνορυχθείησαν. Sæpe alias hæc imprecatio uſurpata eſt de mortuis. Viventi enim qui refodiantur oſſa? Sed ni rirum abierat in uſum iſta imprecatio, at de vivis quoque uſurpareter: quo modo fatui noſtrates multi ferramenta & inſtrumenta, ulia re non ſuccedente, aut læſi utcumque diris devovent imprecationibus: quæ in ea non magis competunt, quam paupertas in ſaxum, aut damnatio in fœnum.

Conſtantium Caſtpano.) κανσταντίνου, ſuperiorem, aut ſupra, hæc non ſignificat: apparetque eum alicui rei aut provinciæ fuiſſe præfectum. ſed quid fuerit, in obſcuro eſt. ur & Argoclines, quale ſit offici genus: album lectum in voce invenio, ſed rem non aſſequor. quid ſi ſait quoddam, at aureum, ita argeoteum tricliniam, cujus alle curator fuerit, ἀργυροκλίνου? 157 *Edit. Pariſ. pag. 28*

Bello ſuas res.) Ante hæc verba aſteriſcum poſui. ſententia enim videtur mutilata. Hæc autem fuit, Caciclam non detrectaſſe Romanis imbdium eſſe: ſed tamen paterna ditione ſibi relicta id voluiſſe facere. In Græco poſt, pro Παφλαγονίαν, eſt ſcribendum haud dubie. * Παφλαγονίαν, cujus regionis ſit mentio cum alias, tum a noſtro in Aſanis clade infra. Beſtes poſtea Βατάχης dicitur, Beſtarcha. ut epithetoo ſit fortaſſis ab aliquo officio ductum. nam Catacalo quoque Ambaſtus infra in bello Medico Beſtes vocatur. 358 * Supplevimus ex Scylitze. * ſic Scyl.

Et ſuum ſervum.) Servor fuiſſe magiſtros, non credo. legerem aliquid aliud pro δοῦλον, forraſſe διδαχὴν, aut tale quippiam: vero enim propius eſt, fratrem, quam ſervum, Nicolai magiſtrum fuiſſe. 359

*Solitudinis * Turcorum.*) Locus haud dubie mancus, tametſi ſententiam explere Lector facile poſſit. Tragolipaces poſt * Tangrolipaces dicitur. ſed hoc non eſt inuſitatum in hoc codice, idem vocabulum diverſe ſcribl. aliquanto inferius, 360 * Supplevimus ex Scylitze. * ſic Scyl.

Leichudiæ F.) τοῦ Λειχούδου. Paulo ſupra Conſtantini *Lu* chudæ facta mentio, in Toraicli defectione: niſi quod conjicio, a prædio aliquo aut ditione ſua id eum cognominis potuiſſe habere. Παραδυναστεύων dignitatis ſeu magiſtratus eſt nomen, quaſi Imperatoris vicarium deſignans, & collegam, qui & tector dicebatur. 161

Fratre ex altero parente.) Incertum, uterino ne, an alia matre nato, quaſi qui alunde germinaſſet frater non germanus. hoc enim ſonaa vox ἑτε-

ρώμαις. & tales floſculi in horum ſcriptorum pratis non ſunt infolentes, eſſque eadem vox apud Zonaram, & infra rurſus de Alimi fratre.

363 *Indictione ſecunda*.) Anno ſcilicet mundi 6557. ſiquidem indictio ſecundum annos mutatur, & quindecim annorum circuitu ad eumdem redditur numerum. conſtat autem, Indictionemundecimam fuiſſe annum, &c. 51. & duodecimam annum 52. ex ſuperioribus, & quæ de Theodoræ imperio infra dicuntur, aliiſque multis. Ita Tornicii defectio, quæ in primam indictionem dicta eſt incidiſſe, fuit anno 6556. ſecundum noſtrum: hoc rudiorum cauſa volui annotare.

364 *Haud longe Adrianæ*.) Ita ſane ſententia requirit, niſi admodum fallor, ſatis ex ſequentibus illuſtris. Ergo in Græco, pro ἀφ' ἑαυτῶν πόλιν, legendum ἀφ' ἑαυτῶν πόλιν. ſic & in ſepultura Monomachi pro τυχόντων, legn ἑντυχόντων.

365 *Francopullum*.) Sicut ante Bulgari Comitopulli dicebantur: ita hunc iegon Francis oriundum fuiſſe colligo, Francigenam, qui fortaſſis cum turma aliqua Francorum equitum ſtipendia ſub Monomacho fecerit, ut ſupra Arduenus ſub Michaele. & ſane infra Franci dicuntur in Iberia militaſſe: & in Stratiotico diſerte oſtenditur, quis fuerit iſte Erbebius.

Fuga evaderet.) Hic in codice fere integra pagina erat vacua, deeſt, ut conjicio, deſcriptio adverſæ in Patzinacas pugnæ Nicephori rectoris, & impreſſionis deinde Patzinacarum alicujus, & ad ipſum uſque Byzantium excurſionis, nec non qua ratione Kegenes urbe emiſſus fuerit. Sed hic Zonaras nos juvare non poteſt, ut certi aliquid ſciamus, cum vix attigerit hanc tam longam & variam hiſtoriam. *

* Lacunam ſupplevimus ex Scylitz.

Indictionibus quarta & quinta.) In textu, ιδ'. & ε'. Sed id vitioſum puto, neque tantum inter hæc & ſuperiora intervallum admitto: & ε recte habere ajo, *ιβ'τε* denarii notam ad δ' vitio additam. Quid multis? paulo poſt mentio tandem ϛιδ'. & *ϛιε'*. indictionis fit. 366

Capita non litteris.) Hunc locum non intelligo etiamnum: neque eo interpretando vel me verum attigiſſe, vel quemquam falſum nolo. Scribis velocibus puto reſpondere noſtro librarios. Urani cognomen etiam ſupra habitum. 367

Adnumium.) ἀδνιμον, quid hoc vocabuli ſit, quidve rei ſignificet, nondum didici. 368

Domeſticas.) οἰκείους, forte qui ex ea provincia ſcripti mirabant. Peregrinas autem intelligo, Gallicas duas, & Roſſicam: ipſe ἐξ οἰκείων vocat. Quod paulo poſt ſequitur, antequam Comneniani cum Imperatoriis pugnarent, mutua inter eos fuiſſe agitata colloquia, & alteros ab alteris viciſſim ad defectionem inlicitatos: non abſurde annotavit librarius, alienum eſſe hoc a congreſſibus militum. verba ejus ſunt. *ἀνείμενα ταῦτα ταῖς τῶν στρατιωτῶν συντυχίαις*. Et ſane videntur merito juſtius talia reprehendi, quam Glauci cum Diomede colloquium illud. Sed nos hic annotandi finem facimus. Cætera ex lectione & comparatione aliorum ſcriptorum repetat Lector: nos enim quoque voluimus, neque potuimus omnia perſequi. Et quæ præterea de rebus Imperii Conſtantinopolitani habemus, ſuo tempore (Deo volente,) evulgabimus, ut doctioribus ſimul atque indoctioribus laborem iſta conquirendi ſcrutandique minuamus: ac nonnulla etiam, quæ adhuc nos fugerunt, venati proponemus

GEORGIUS CEDRENUS
IN OBSCURIORIBUS ILLUSTRATUS.
GULIELMUS XILANDER
INTERPRES ET SCHOLIASTES EX PARTE EMENDATUS,

additis poſt Opus editum Notis.

Edit. Pariſ. pag 29.

Pagina 5. Μοναχὸς Γεώργιος ὁ Συγκελλος.) Syncellus primis temporibus, non alius quam contubernii ſocietatis ac convictus particeps, ſucceſſor nuſquam erat. Virtutis ſiquidem & eruditionis meriro C. P. Throni, ſublato e vivis Tarafio, ſucceſſionem adeptus eſt Nicephorus Confeſſ. Plura de Syncello expectta, ſuis locis exponentur; quæque de illo, non plana licet & integra, probanda tamen Xilander retulit, alibi commodius inferentur.

Θεοφάνους.) Hic Georgii Syncelli filum ſequutus, ab ejus fine, principium hiſtoriæ ſuæ dedit, Theophili & Michaelis F. tempore, quo Monaſterii Agri præpoſitus deceſſit.

Ὁ Σικελιώτης.) De Siculo iſto nihil a me temere dictum volo: quod Poſſevinus Heidelbergenſis Bibliothecæ cod. 394. ſcribit, fideliter exſcribo. *Joannis Siculi Chronicon ab orbe condito uſque ad Imp. Michaelem Theophili F. præcipuas hiſtorias complectens. Memineranr ejus Zon. & Cedr.* Hæc ille.

Ψελλὸς.) Quis hic Pſellus? Non unus ſiquidem cognomine Pſellus, ſed plures; iidemque ἐπὶ πλεῖστον ὑπατεύσαντες, non *Conſules*, ut quidam reatur, ſed ſupremi, quaſi ὑπάτους. Primus Michael Leonis Philoſophi præceptor eruditiſſimus & ὑπερτιμώτατος, quo celebriorem & antiquiorem, Baronio judice, non reperias, de quo refert Auctor pag. 432. alter Conſtantinus, de quo pag. 625. Priori quædam Hiſtorica adſcribit Poſſevinus. At cum ſua tempeſtate Pſellum ſcripſiſſe teſtetas Curopalares, de poſteriore ſermonem ab Auctore fieri penitus eſt indubium.

Νικήτας ὁ Παφλαγὼν.) Hunc cognomento Davidem vitæ Ignarii Patriarchæ ſanctiſſimi, & rerum ſui temporis (vivebat autem nono ſæculo) fideliſſimum ſcriptorem laudat Baronius. Eumdem Paphlagonem cognomine citat Meurſius in Lexico.

Καὶ οἱ λοιποὶ Βυζάντιοι.) Quos de nomine citat Curopalates, Joſephus Geneſius, & Manuel Byzantius.

Ὁ δὲ πρωτοσπαθάριος Ἰωάννης.) Joannem iſtum eumdem eſſe qui vulgo Curopalata, probat nomen, confirmant ſcripta, Auctor ipſe Cedrenus non obſcure ſuggerit. Nomen io manifeſto eſt: ejus hiſtoria ab exitu Nicephori, a Michaelis fidelitcer cognomento Rancabis Imperio, ſumit exordium; nec eſt ſcriptorum hic memoratorum ullus, a quo plura collegiſſe Cedrenus convincatur, qui compendioſam, qua graditur ille, viam ſequutus eſt, nec ad damnandam vel commendandam ullius memoriam, quod in illo laudat, manum ad ſcribendum ſe admoviſſe teſtatur. Adverſatur nihilominus, quod nemo facile oon deprehendat, Scylitzæ cognomen, & officium Curopalatæ, a Thraceſii & Protovеſtiarii notatis hic, non modico ſpatio diſſita. At ſi patriæ hic, alibi familiæ oomen, oil quod ſecum oppoſitionem vehat, producitur. Officia vero quantumlibet varia diverſitatem hominum oon arguunt frequeoter, cum is idem primo Curopalata hiſtoriam texere, tum ſequutis annis ad Protovеſtiarii dignitatem promoveri, eoque titulo a Cedreno potuerit decorari. Alienus qaippe ſum ego ab eorum conjectura, qui Curopalatam Cedreno poſteriorem affirmant. Nam cum utriuſque ſit eadem narratio verbis, ſi pauca demas, iiſdem contexta, hunc ex alio ſua mutuari fuit neceſſe. Memoratis autem in utriuſque procemio iiſdem hiſtoriarum auctoribus, Joannis Thraceſii nomen & opera Cedrenus exprimit, cujus velat ipſius Cedreni, apud Curopalatam nulla mentio: quod argumento eſt Joannem illum, quiſquis fuerit, Cedreno non Curopalata priorem: alias qaomodo Curopalatæ ignotus, ſi præceſſiſſet? vel qua ratione a Curopalata prævios hiſtoriæ ſcriptores enumerante, tum Joannes ille, ſi foret alius, tum Cedrenus ipſe fileretur, ſi Cedreni verba ſigillatim ſequutus, cunctos alios auctores ordine recenſeret, horum nomina ſuppreſſa vellet ex invidia vel ex ignavia? Satius itaque dicendum, Cedrenum ætate Curopalatæ ſupparem oondum abſolviſſe hiſtoriam: Curopalatam vero ulterius deduxiſſe, & ex eo, occuon aliis, plura abſque labore & immutato narrationis ſtylo, in ſuam Synopſim Cedrenum integre & plagiario traotuliſſe. *pag. 30.*

Λέων ὁ Κωμίτης.) Grammaticus cognomine, Romanæ claſſis dux, novem Impp. poſt Theophaoem geſta conſcripſit. Latet adhuc io Regia Bibliotheca.

Ζαβατίνας.) *Auguſtanus* uſquam dicendus, (niſi ſorte Xilandro *Auguſtano*, Latine quidem, verum improprie loquenti) qui oon *Auguſtæ* natus, verum Eccleſiæ, quæ eſt in *Sebaſte* Præſulatum geſſit.

Ὁ Κυζίκου Δημήτριος.) Hic, trito loquendi more, Cyzici Epiſcopus cenſeretur. Num ille Cyzici Demetrius de quo narrat Auctor pagina 565. & 579. qaique in Armenos Dioſcori diſcipulos feliciter ſtylum exacuit? Nullo ſcriptorum habito ſermone reliquit incertum.

Ὁ μοναχὸς Ἰωάννης.) Is mihi, nonnullique aliis eſt Zonaras. Nomeo, profeſſio, ſcripta id evincont. repugnant illi, qui Cedreno Zonaram habent poſteriorem. Unde? Quod ulterius hic deduxerit narrationis filum. Levius argumentum eſt. Cedrenus etenim opere nondum abſoluto ſcribendo deſtirit.

Pag. 2. Ὄντι.) Plura delnceps ſe omiſſurum pollicitus Scholiaſtes, hnc quoque præcipuum omittit in Obſervationibus, vocabulo ὄντι, contracto characterе (6) io MM SS. exemplaribus expreſſo, ac lo principio periodorum tumultuario congeſtarum ſempes præfixo, ſemel vel pluries aliud vocabulum Σημείωσαι, (ut ex eo, qua lecto, qua ſubintellecto, cum alio ac ſequentibus ſeoſis integer habeatur: σημείωσαι ὅτι, &c.) in margine correſpondere. Num integre fideliterque tot particulas expunxerit Interpres, æquus Lector judicabit.

Νυχθήμερον.) Xilander. *Verti diem naturalem, qui inter ea Æquinoctialis revolutione abſolvitur.* Docte magis & clare litteratus Allatius de menſura temporum cap. 3. *Simile ſpatium eſt* νυχθήμερον, *quod ſcilicet elabitur, interim dum Sol exoriens, vel obiens, vel in meridie exiſtens, iterum ad ortum vel meridiem vel occaſum revertitur.*

Pag. 7. Ἐγρήγορες, οἱ ἀφ' οὗ θεὸς τὸν κόσμον ἐποίησε.) Filios Seth Deo dilectos, pios, proceros, formoſos, Sacerdotes, natarum Caln cupidine captos, nec non exortos ex prophano cum iis complexu liberos Georgius Syncellus vocat Ἐγρήγορες, ab Auctore dictos Ἐγρηγόρους, a patris veoustate. *Ἐγρεῖς δὲ ὁ Σὴθ, καὶ Δικαίωνος ἀνδρὸς, καὶ οἱ ἐξαίρετοι τοῦτου ἔγονοι, ἐγρήγορες ἐκλήθησαν. Pius erat Seth & venuſtus, ac pariter ejus liberi omnes Deo devoti, ac formoſi,*

Pag. 8. Τὰ ὄρη Ἀραράτ τὰ Παρθυαίων τῶν Ἀρμενίων.) Aliis Apocryphis ab Auctore relatis, venia data, liceat hoc ex Armeniorum ſcriptis hiſtoriis & paternis traditionibus adjungere. Jacob Mouſpouae Catholicum (ita vocant Patriarcham) impulit libido ad ſupremum montium Ararat vertiecm, Maſſis dictum, proficiſci; ut curioſius inſpecto loco, & geneſis humani Deo reparatore adorato, ex diluvii reliquiis (aream enim Noeam inter nivium aggeratos cumulos ibi ſupereſſe eredunt accolæ) fragmentum ligni, ſi daretur, aſportaret. Iter aggreſſus, a Maſſis verticis acceſſa ſecreta virtute repoliſus, precibus ſuis fragmentum quod optaverat, Dei dono recepit, quod io oppido Aquiri ad montis radices ſito repoſitum Armeni frequentius inviſunt, & penes ſe, ut ajunt, aſſervant lignum, quod Deus humaoi generis reliquias juſſit quondam ab exitio præſervari. Zonaras, ἀποβατεύσας δὲ τὸν τόπον κατέδυ τοῖς Ἀρμενίοις φασὶν ὑπὸ λιθώνος, ἔνθα ξύλα δοκοῦσι τῆς κιβωτοῦ εἶναι. *Locum excenſum vocari ab Armeniis tradit Joſephus, & arcæ reliquias ibi monſtrari.*

Pag. 28. Ταῦλα χρῶμα.) Nil dubium, quin voce ταῦλιον, Romanorum *latus clavus, & limbus purpureus* veſtem inſigniter prætexens, ſit intelligendus. Ρόιον enim χρῶμα roſeus eſt, ſive *purpureus color*, atque unus ex iis, quos ioter aurigandum factiones oſtentaſſe ſcribit Auctor in Michaele Theophili F. Praſino porro Venoto & Candido ῥόιον adjungit, quem *Roſeum* interpretantur.

Pag. 32. Σκυλᾶ δὲ ὀβριμόδιος ὁ ἐχκατεδόμενος, ἀνώτερος ὢν τῷ Κυρίῳ.) Abductus in contrarium Auctoris ſenſus, genuina ejus lectione retenta, ſic reſtituitur. *Cum tempore & expectatione diuturna longius proceſſiſſet, ac moras trahendo tolleraſſet Saul, Domino tandem ſacrificium obtulit.*

Pag. 54. Ῥομφαία δὲ ἡ σπαθύσκι.) De Romphæa, Spatha, & Framea, Thomas Dempſterus in Romanis Antiq.

Pag. 84. Καὶ ἀνέκλασε τὸν τρισσότλω ἐφ' ὃ τὰ ἐπτερύγιστο.) Xilander. *Ac miſit rum, qui erat a rege tertius, ac intimus regis ſatelles.* Impropie ac mutile. Propie vero ac integre, *Miſit eu Triarium* (ſeu Trium-virum) *cui innitebatur*. Sanctius in Reg. lib. τριάνλω interpretatur *Triarium*, e tribus militibus unum, cui ſtans, vel ambulans, per vices rex ſolebat inniti.

Pag. 98. Μίσει τοῦ Χριστοῦ, ὁ ἐστὶ τοῦ Εὐρώπου.) Dictionis inverſum ordinem, omiſſis Xilandri conjecturis, hoc pacto facile reſtitues. *ὁ ἐστὶ Εὐρώπου Minos, τοῦ Κρητὸς βασιλέως.*

Pag. 100. Εὐσκλος.) Nihil commune cum antiquitus laudata mulierum gracilitate vox *Εὔσκλος* habet, quæ *comptam* ac *veſtibus elegantem* refert.

P. 101. Τῶν ταύλων.) Supplentur, quæ Xilandro deſunt. Ταῦλαι ſcribit Svid. cum Gloſſis Græcobarbatis: & eſt ὄνομα παιδιᾶς, *Tabula*, qua talis inditur.

Τὸν δὲ δεύτερα κάσσαι.) Χαρακώματα ſubſtituit Ioannes Porphyrogeneta in Paral. Homeri, quibus de ludo a Palamede invento differens: πρῶτος, Inquit, ταυλίζων ἔστω παίδιον ἐξεύρετο. *Primus Tabularum, id eſt talorum ludum excogitavit.* Ac inferius, ἐφεύρετο τὸν ταῦλον, ἤτοι τὸν πίνακα τὸ τετράγωνον, τὸν χάρακα κάσσαν, τοὺς δὲ δεύτερα κάσσαι. ἤτοι τὰ χαρακώματα τοῦτον, ἢ ζωδιακὸν ὁρίζουσι. *Tabulam, id eſt ſubſtratum ludi indicem, terreſtrem mundum deſignare, duodecim autem Caſus, id eſt foveolas Zodiaci numerum voluit referre.*

Ψηφοδόλαν.) *Cornu*, ſive *alveolum*, e quo primum in turrim ſive canalem, & e turri in tabulam tali & teſſeræ decidunt.

Κυβεία.) Ipſi *Tali*, ſeu potius *Teſſeræ* numero ſeptenario varias tabulæ foveolas ſubintrantes, varios quoque planetarum & Zodiaci ſyderum coucurſus, ac ſubinde proſperam vel adverſam vitę ludique ſortem, ſecundum aſtrologorum regulas manifeſtabant.

P. 155. Παρατολὴ.) *Poſticum* & *ſecretiorem portam* hac voce pereipiendam, contextus ipſe commonet. Narrationis ſeriem a noſtra diverſam prætereo.

P. 518. Πίλμα.) Totius Circi eſt *area*, ſive *arena*.

Εὔσκλος.) Quem Circi ſolum & arenam, decempedali profunditate fimul, & latitudine ad aquas recipiendas editis Naumachiæ ſpectaculis, cingere, ſcripſit ex Dionyſio Dempſterus Rom. aotiquit. lib. 5. cap. 4.

Καμπτῆρ.) Qui & καμπτὴρ, circa metam *flexus*.

Σφενδόνη.) *Circi carceres*, ex quibus, velut e funda lapis, equis curribus curſa decertantes erumpunt. σφενδόνη frequentiſſime vocat Auctor.

Τὸν δὲ αἶρα, αἰρωνίν.) Αἶρα voce intelligo *Velum* quo ad arcendas iotemperatiotis aeris injurias, & ut populus ſalubrius coaſiſteret, Circus tegebatur. Quid enim hujuſmodi Velo, cælum io Circo commodius referret? Fundamentum mihi eſt, quod etiam ſacris ſuperpoſitum majus & amplius Velum, αἶρ, non infrequenter in Chryſoſtomi liturgia, & in Simeonis Theſſalonicenſis, Cabaſilæ, Germani, & aliorum expoſitionibus vocatur, & eo expanſo ſacerdos exclamat. *Operuit cælos gloria ejus & laude ejus plena eſt terra.* A ſacris itaque ad Circum voce traducta, Velum illius cælum ſeſereon, Auctor appellavit αἶρα. De Velis Theatrorum Dempſterus jam citatus abunde. *Edit. Part. I. pag. 31.*

Πρωϊνῶν.) Audiebaot Græci Magiſtrum *in Præſenti* diei, qui ſatellitum Imperatori jugiter *Præſentium* (qui & *Præſentiales*) eſſet dux: unde & *Viridem* colorem diurius permanentem, velut oculis *Præſentem*, & facile obvium, ἀπὸ τοῦ Πρωϊνοῦ, πράσινον, extorto nimirum etymo, dictum volverunt.

Τὸ Βαντὸν ἀπὸ τῶν Βαντίνων.) Felicites vocis radicem inveniſſet, ſi non Venetus color & vocabulum pluribus ſæculis *Venetias* ſuperarent.

Καὶ ἀνοίρα δὲ ἀπὸ ἀσίμου ἢ χαλκοῦ.) Ad Xilandri vorum locus hic expedietur, ſi nuſquam corrumpatur, & facilem accipiat interpretationem. *Aſſes argenteos & æreos Romanis latinus eſt primus.* ἄσημος enim *argentum* eſt, ac æri, prout in præſenti, adjunctam, monetæ materiam indicat. ἀνώνυμον ærelum vocat Auctor Inferius p. 142. At hoc *cuſum* eſt, & *notatum*; illud proprie *infectum*: quamvis io promiſcuo ſenſu utriuſq; vocis nonnumquam occurrat uſus.

Pag. 520. Ἢν δὲ τις ἐκ τοῦ μέρους τῆς Γαλλίας κατεγόμενος.) *Neſcio*, inquit Scholiaſtes, *quid ſit illud κατεγόμενος*. Noſcet ſi interpretetur. *Erat quidam ex Gallicarum partibus originem ducens*: vel, *ab adverſa Gallorum parte abductus, & affectu in eam propenſus.*

Ο Μάλκος Φιλόμουσον ἐπωνόμασεν.) Rationem ab hac diverſam promet Auctos inferius pag. 534. D.

Pag. 535. Καμηλαύκια.) Καμηλαύκια ſcribunt moderni, & *Pileolos* ex camelorum pilis confectos; ſummo tantum vertici hærentes, ἐς τρὶς αἰχένα ad *cervices* defluentes, ita vocant. Svidas aliter. Καμηλαύκιον Ῥωμαῖοι ἐ λέξι. βαδεῖς δ' ἀνέβλεψεν παρὰ τὸ κῆμα ἐκαίνου. Καμηλαύκιον *Latina dictio, quæ Græca quoque poteſt aſſari, & ab arcendo calorem dicta.*

Μίσει, ἀντὶ τοῦ, ἄθλιος.) Quid ſit hoc loco μίσει fatetur ſe ignorare Xilander: ἄθλιον quoque ſe neſcire fateri debuerat. Eſt autem *athlus certamen, exercitamentum* vocat Dempſterus Antiq. Rom. lib. 5. cap. 4. idque proprio vocabulo *Commiſſo* nuncupabatur. Svetonius in Auguſto cap. 89. *admonebat qui Prætoret, ne paterentur nomen ſuum Commiſſionibus obſolefieri*: ande *committere* pro digladiari, certare &c. cujus exempla numerum omnem excedunt, μίσει itaque certantium io Circo *Commiſſio* eſt, quæ vox ἀντὶ τοῦ ἄθλου ſcribitur.

Οἱ Βεξιλλατίωνες οἱ Ῥωμαῖον ἱππεῖς.) *Vexillationes, ſunt Romanorum equitum agmina*. Idem habet notitia Imperii.

Ἡ παρ' ἡμῶν ἐπτὰ πλίνθου λατέρνουλος παρὰ Ῥωμαίοις λέγεται. Xilandet ut omnis proprie, ſic ridicula. πλίνθους Græci vocant *laterem coctum*. Quis hoc neſciat? Verum quid ad Cedreni propoſitum, vel Græcorum πλίνθος, vel Latinorum coctas later? Relictis idcireo Xilandro lateribus, *Laterculum* erudita aperit Pancirolli in Not. Imp. c. 92. *Erat ærarium in æde Saturni, ubi plebiſcita, & Senatuſconſulta reponebantur. Id poſtea laterculum dictum. Mathematici enim quadratam figuram, & ad aliquam ſimilitudinem inſtar lateris ſurgentem πλινθίον id eſt laterculum vocant cui codrx ſimilis, laterculum eſt appellatus, ſic & lapidem quadratum Architecti, & agmen Ælianus nun-*

capat, a quo lateculum hoc derivari Cedrenus autumat, qui, inquit, later coctus eſt, ſeu πλινθίον Græcis, lateculum a Romanis dicitur: Eſt autem hic later publicus, in quo Senatorum & legionum nomina ſcribebantur.

Pag. 142. Μετὰ τὸν ἀσπασμὸν ξ τὰ προσκύνημα.) *Amaſæ* ubi de ſacris imaginibus eſt ſermo, oſculum etiam ſibi conjunctum expetit. Officia Græcorum ſexcentis in locis.

Pag. 158. Στυχιωμητικοῖς.) *Genitis familiaribus addictus & eorum obſequiis ateus: στυγίου* quoque, *Genius* eſt, & *Dæmon familiaris*: de quo alio loco.

Pag. 161. Πάντα γὰρ ἀδρανῆ ξ τὰ ἐξῆς.) Nihil hic mutilum aut truncum etiam Xilandro, ſi modo judex æquus Auctoris verba penitus inſpiciat. Cum enim de exhibito verbis Evangelicis, quibus caſtitas apprime laudatur, obſequio, dixiſſet nuptiis vinctos, æque ac Monachos, ex iis ſententiam in judicio laturos. Illos violati Domiciei conſilii liberos aſſeruit renuntiandos, venimque conſequuturos, qui proferrent, ex continendæ libidinis impotentia, vel uxoris affectu, vel ejus convictu ductos, ad legitimas nuptias convolaſſe. Qui ſenſus ut Catholicus, etiam integer eſt, & perfectus.

Pag. 163. Ἐκλεκτὸν ἔκγονα κατ' Ὀσθλίαν.) Epiphanius Hæreſi 78. num. 7. ἔχε μὲν οὖν ὁ Ἰακὼβ πρωτότοκον, τὸν Ἰάκωβον τὸν ἐπικληθέντα Ὀσθλίαν, ἑρμηνευόμενον τοῦτο, κατ' ἔκγονα ἐντελῆ λέγοντα. Ναζιραῖον δὲ ἐντα, ὅπερ ἑρμηνεύεται ἅγιον. *Primus ex omni ſtirpe Joſeph natus eſt Jacobus cognomento Oblias (quod mirum vel teſtellum interpretari licet) qui & Jaſtus appellatus eſt, & Nazaræus fuit, quod vocabulum ſanctum ſignificat.*

Pag. 193. Τὸ δὲ ἐν κάμαι ξύλον, καὶ αὐτὸν ἐκπεφωνῆσθαι.) Reddo fideliter. *Alias ego ita eſt, qui comis arborum ad invidem jactatarum & attritarum enaſcitur.*

Ἄξιον πολιτεύειν,) Æquam imperii legem, & laudatam io adminiſtranda Repub. ſolertiam, potius quam privatos motes, hic inſpice.

Pag. 194. Ἐπαίτως μᾶλλα τὰ ἐνίχαρα τῶν οἰκείων ἐκπαμπίας κομιζόμενοι.) Xilander. *Meritas domeſticis inimicitiis pœnas dedit.* Ad verbum. *Promerita jam olim innatæ ſibi ferocitati præmia reportavit.*

Pag. 196. Τὸ πίτιλον περιθεὶς, καὶ διδάσκαλον ἐν Ἐφέσῳ γενόμενον.) Ea propter ut Doctorem, Doctoris quoque ornatum inſignibus, ac *πίτιλον lanam pileum*, *Flamineum* more geſtaſſe, cenſuit Xilander. Sic *aurum lana* compenſat, & ſancto Spiritu afflatum Apoſtolum, & præcipuum Eccleſiæ Doctorem *Flaminum* honore donat. At non potius antiqui Sacerdotii dignitatem aliquo titulo exæquatam, eoviſque majeſtatem aſſumpto quodam ejus inſigni manifeſtatam voluit Apoſtolus, cum *πίτιλον bracteam*, *lamiuamve auream* fronti prætulit appenſam? Hieronymus de Eccleſ. Scrip. in Polycrate. *Iudimus & ipſi τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου ἀναλῦσαι, καὶ ἱερεὺς ἀυτοῦ γέγονε, χρυσοῦν πίτιλον ἐν τῷ μετώπῳ βαστάζων μάρτυς καὶ διδάσκαλος ἐν Ἐφέσῳ ἐκοιμήθη. Joannes qui ſuper pectus Domini recubuit, & Pontifex ejus fuit, aurtam lamiuam in fronte portans Martyr & Doctor in Epheſo dormivit.* De Jacobo Domini fratre narrat ſimile Epiphanius Hæreſ. 78. οὗτος ὁ Ἰάκωβος καὶ πίτιλον ἐνὶ τῇ κεφαλῇ ἐφόρει. Ejus interpres. *Jacobus iſte bracteam in capite geſſit.*

Ἐπί σι.) Extantem in vetuſtis editis Cedreni exemplaribus notam, duabus litteris *αι* conjunctam conjicio indicate *σκηνὴν* vel ut Xilander opinatur *σκηνᾶν*, vel denique ni ſ obſiſteret, *σκηνᾶι*. Eligat ſibi placitam, vel certiorem proferat alius conjecturam.

Pag. 197. Ἀξιωτοῦ διῆκε.) Confundit hanc Auctor non ignotus cum Thracica Adrianopoli. At Myſiæ, non Thraciæ urbs eſt, & *n* Cuſpiniano ex Dione & Svetonio *Adriani venatita ſepta* nancupatur.

Ἐν Μετάτοις.) *Mitata*, ſeu Latinius mavis *Metata*, caſtrorum loca interpretor, in quibus ſtaret, vel longiore profectione ſuſcepta, paululum quieſceret exercitus. Hinc *Metatores*, de quibus Vegetius lib. 2. cap. 7. *In caſtris ad Pedifimum dimetiuntur loca, in quibus milites tentoria figunt, vel hoſpitia in civitatibus præſtant. Veniuntem enim exercitum præcedebant, & in urbibus, oppidis, ac villis domos notabant, in quibus quique milites hoſpitarentur.*

Pag. 199. Οὐκοῦν ἐπεὶ τὸ μηδ' ὅτιοῦν τούτων ἀνὰ, δικαίως οὐ παραδέχθη.) *Ergo quia nihil horum fuit: Juſte non eſt receptus.* Ita Xilander interpres fideliter. Lectori tamen tenebras offundit in Obſervationibus. *Sed hæc verba. Ergo quia nihil &c. quid ſibi velint nuſcio.* Seipſum itaque non intelligit. Planus eſt tamen verborum ſenſus. *Ergo quia nihil horum fuit* arenæ baptiſmus, ut qui ad figurativum Moyſi; Pœnitentialem, Joannis; Sacramentalem, Chriſti; Sanguineum, Martyrum revocari nequiret: *juſte non eſt receptus*, qui ſuſceperat illum Hebræus. *Edit. Pariſ. pag. 32.*

Εἰς μωσέα νοῦν.) Hæreticus *ad reſpiſcentiam* interpretatur: Orthodoxus, *ad Pœnitentiam*.

Σαββὰς δὲ, ὁ αἱρετικὸς λόγεται.) Nihil hic cum Xilandro, *n* ſciolo quovis exiſtimo corruptum. *Severus* enim Latinis cum *trucem*, *rigidum*, *vindicem* &c. ſonet; poterit quoque pro *exitiali*, *perniciofo*, & ut loquitur Apulejus, *peremptorio* ſumi, quem Græca vox *αἱρετικὸς*, (& ſi mavis *θανατικὸς*) refert.

Κυνήγιον.) *Venatum* apud Auctorem interpretabere io Antonino. Hic & ſparſim, non ut plerique *Certamen*, ſed *arenam*, locum certaminl cum beſtiis ſubeundo (ad Occidentalem urbis regionem adhuc hodie *κυνήγι* audit) deputatum, ad quod illæ ibidem in caveis & ſoveis, publicis ſumptibus alebantur: ὁ ᾧ, ſcribit Svidas *ἐμπεπωτισμένοι βαδίσιμοι*, ſive *ἐμβαδίσιμοι*. *In eo corpora eorum, qui ſibimet necem intulerant projiciebantur.* In quo nominatores ſceleratos, nec non ex contemptu nobiliſſimos leges quadoque capite mulctatos.

Pag. 201. Ἀκόμαι τι, καὶ ἀνάγκη.) *Fieri poteſt*, ait Xilander, *ut Cedrenus ſcripſerit ἀνομοίως*. At qui ſcripſiſſet, ſic necdum a Xilandro conſicta vox erat? Certius dixero fieri potuiſſe *ut* ſcripſerit, *dicam*, vel *dicam*, quæ voces, tum apud antiquos, tum apud neoteros Orientales, *ineæqualitate affectus & ductus* refert: ut olmirum iidem eſſent *ain nin*, qui & *ἀνάμιν*.

Pag. 203. Καὶ διάνυε.) *Candidatus* agmen militare recenſet Marcellinus lib. 25. & 31. ac eoſdem pari fere caſu ſub Iuliano & Valenti violenta morte periturus militantes. *Protectores* quoque memorat idem lib. 24. nec non & *Sebolares*: quos omnes Imperatoris ſtipatores & ſatellites fuiſſe oſtendit quam eruditè Henricus Valeſius in Annotationibus. Eoſdem plerſque locis *σωβερναντὶ διάνυε* vocat ſus Græco-romanum.

Pag. 209. Διὰ κατλαίνη ξ κλιμακτῆρας.) *Κλιμακτῆρας* interpretor rerum dubios caſus, quæ ut nonnumquam conſiſtere & angeti, ita & frequentius in ruinam præcipitet agi conſue verunt: metaphora a revoluto ſeptenorum annorum circulo, in quo, ut unius in aliud temperamenti, ſic & vitæ, ſolito ſæpius, ſit in mortem mutatio.

Pag. 212. Ἀδριανὸς Μάγνος ὁμωνύμως.) Euſebius de hoc præclaro Martyre lib. 8. cap. 23. Παμμεγέθει ἀξίωμ ἐνηλλαγμένον Ἀδριανὸν ὄνομα, γένος ἦν ἐκ Ἰταλικῆς ἀνατέθραμμένον, ἐξ ὧν τέκνων πρωτόδοξον ἀνὴρ τῆς κατὰ βασιλέως τιμῆς, ὃς καὶ τῆς παιδείας διαπρέπων τῶν παρ' αὐτοῖς καλλιστεύει Μαγιστριάνοις τι, ἢ παιδαλίαντον. *Quidam Romanarum dignitatum ſummis potitus, Adamus nomine, genus ab Italiæ nobiliſſimis ducens, vir per omnes honorum, qui ab Impp. ſunt gradus provectus, ita ut Magiſterii ab ipſis vocati, & generalis adminiſtrationis principatum obtinuerit.* Græca ex animi propoſito juxta Chriſtophorſoni verſionem non exhibui, qua ultima verba reddidit. *Magiſtri Officiorum, & Quæſtoris Generalis munera integre & incorrupte exercuit. Magiſterii* ſiquidem præfecturam, *Magiſtri Officiorum* dignitatem indicaſſe ratus, de Quæſtore Generali tacui, ceu de munere ab Officiorum Magiſtro diverſo, quorum utrumque in ea, qua tunc erat Imperium amplitudine & mole, ſolus unus gerere nequiret: nec *παιδαλίαντον*, ἀντὶ τῶν *Μαγιστριάνων* ſe jungenda, quas particula conjunctiva voluit Euſe-

bius eſſe connexas; ita ut Adauci Magiſterium Generale eſſet, & in plures (ut a Magiſtris rei privatæ dignoſcendum) extenderetur: ac non Palatinis tantum & principis miniſtris, ait Pancirollus in Notitiam Imperii Orient. c. 62. nec non Scholis Palatii armata tractantibus, ſed & Fabricis, & limitaneis Ducibus, & Comitibus imperaret. Hæc ſufe de Magiſtro, cujus dignitate plures ornatos recenſet Cedrenus: viginti quatuor ſuæ legationis tempore ex uſu numeravit Luitprandus, prout teſtatum reliquit libro ſexto, capite ultimo, cunctiſque ut dignitate, ita ſumma auctoritate, labentis Imperii ſæculis ſunt potiti.

Pag. 253. Τραχηλάτ.) Apage a tam præclaro colendoque principe, *Cervicoſe*, quam hic commiſcitur Xilander, infamem vocem. Et qui os humeroſque Deo ſimilis Conſtantinus *Τραχηλίς*, ceu *lata erectaque cervice* (corporeæ fortitudinis & ingentis animi ſignis) *conſpicuus*, communi verborum copia laudem potius ſuæ Celſitudini imparem acciſat, quam uno ſolo minus feliciter adinvento, injuriam & offenſam patiatur.

Ο διαπρεπὴς καὶ Χριστιανώτατος βασιλεὺς Καινσταντῖνος ἐβασίλευσε Γαλλίων.) Hoc ſecum felicis ominis Galliarum regnum portendit, ut ſibi & Eccleſiæ datus e cælo Rex, ſicut inter fidelea principes primas obtinet, ita & *Chriſtianiſſimi* nomen aſſequeretur, unnſque *Sacerrimas & Divinifſimas* præ cæteris proclamaretur.

Pag. 219. Οὗτοι λίθοι, οὓς ἔφην ὑποβεβλῆσθαι τοῖς τοῦ ἄντρου διώκτοις.) Ipſi Græci fabulæ Judæorum traditioni adhærent, ubi compoſita Tryphonis nomine oratione pronunciant adverſus infecta quæque agros devaſtantia, ἐρεῖζω ὑμᾶς ἐγὼ ὁ μεγάλα ἀνίσχυτος ὑπὸ τοῦ ἐμοῦ ἐπιτάγματος, ἃ μὴ βαστάσαι, ἀλλὰ διαβήσεσθαι ὑφ' ὑμῶν καθὼς καὶ προσέκυψε τάφῳ. *Adjuro vos per nomen magnum petræ inſcriptum, quod & ipſa (velut aere igni objecta diffluit) ſuſtinere non potuit, quin tremiscretur.*

Pag. 224. Κυβαίβου.) Ita Theophanes quoque vice Κυβαίβου, juxta receptum a Græcis modernis litteras transponendi morem: ſic κραβάτον & ἀμυγδάλα loco κυβάτον & ἀμιγδάλα pronunciant, & ſcribunt.

Οἰκοδομήσας τὴν Θεοτόκον τοῦλον.) Hinc ut Deiparæ dicara Θεοτόκου τοῦλος quandoque, ſicut & Κωνσταντινούπολις legitur: Ita Menæum 12. Maii, cujus anniverſario die redeunte, per totum Orientem celebrantur Encænia, quorum hiſtoriam feſti ejuſdem Synaxarion exhibet, & Zonaras commemorat in Conſtantino.

Κυριακὴ.) Intellige οἰκία, a Latinis *Dominica* vocatas: quæ κυριακὴ quoque in neutro ſcribuntur.

Εὐμενεῖδα.) Θῆμα juxta modernorum uſum explicamur *legionem*, *provinciam*, *ædificium*, *poſitionem*: Hinc quoque ſtellarum errantium ſicut & fixarum ordo, cælorum ſitus, ſyderum manſiones, ut ajunt, & eorumdem ad ſeſe reſpectus θήματα, Zonaræ διαθέσεις nuncupantur, quod alii trito ſermone vocant *Horoſcopum*: cujus ſi tibi figuram compoſueris, θεματίζειν Cedreni verbo diceris.

Pag. 225. Τὰ ἀνεχειρασμένα.) Xilander *toparum præfecti*, vertit: Quorum ? Rectius dixiſſet: *cæleſtis militiæ Principis*, id eſt Michaelis Archangeli. Antiquam exinde erga beatos Spiritus devotionem collige.

Pag. 226. Συνάναρχος.) An ita Filius, ſicut pater ἀνάρχος; Non ita, ſed Filius quoque ἀνάρχος, quia licet principium originis, non temporis tamen aut creationis agnoſcit. Gregorius Theologus.

Pag. 227. Κανονίσας.) *Canone edito ſtatuere*. Paphnutii dicto, cui velut fabulæ alii, Cedrenus ut hiſtoriæ veriſſimæ perhibet teſtimonium.

Pag. 234. Φόρον ἔστησε.) Symocatta. φόρος στησάμενος χώρας τῆς πόλεως. *Spectatiſſimus Urbis locus eſt forum*: etiam appellatione a Latina deducta gaudet.

Μετὰ γὰρ τὸ ἐν Ἴδῃ μεγάλων ἐμβόλων.) Hinc inde Forum ſtipabant ἔμβολοι. Sunt autem ſecundum Alliotium *Porticus* variis aſſeribus conjunctis & tegulis ſuperimpoſitis, ad cæloris incommoda, & imbres repentinos arcendos, umbrarum etiam & deambulationis gratia ædificatæ; ſic dictæ ab ἐμβάλλω, quod ad eas, & per eas ingreſſus pateat. Aſconius *provolantia tabulata* vocat. Belle. Si tamen addideris ἐμβόλων a Conſtantino lapidibus extructos, columnis marmoreis ſultos, & opere concamerato tectos, jucundiſſimum ambulantibus ſpectaculum, ſicut & ampliſſimum in eos ſe recipientibus ſpatium præbuiſſe. *Edit. Paris. pag. 33.*

Ἐν τῷ φόρῳ πλησίον τοῦ λεγομένου Σφενδόνη.) Ut nova veterem Romam imitaretur, ad Fori maximi latus, Cutia in utraque conſtituta erat. Hæc Σφενδόνη, vel Σφενδόνη CP. dicebatur, quod Zonaras ἐν τῷ Σφενδόνῃ πολλάκις μέγιστον ὄλον, *ad Senatum habendum ampliſſimam Ædem vocatam*, ſcribit.

Αὐτομάτου ὑγροῦ.) Aquas nulla humana induſtria, ſed naturæ ſponte beneficioque ad balnea præparatas intellige.

Pag. 235. Τὸ δὲ τοῦτο ἀνωφελῶνα.) Abſque his verbis ſenſus integrior, ſi præmiſeris: ἀλλ' ἐπὶ ἀλλήλοις.

Χαρωνὶς.) Hic æque ac in Juſtiniano *χαρωνὸν τὸ ὄμμα* ὁ ἐκ ἀσφαλοῦς *truculentum* reddidit Interpres. Conſtat autem ut moribus, ita corporis ſignis Juſtinianum ſummam manſuetudinem prætuliſſe. Rectius itaque cum Jo. Baptiſta Porta in Phyſiog. *χαρωπὸν ἔφησε oculis*, quales ſunt leonini, *illuſtrem*, verto, quem eumdem ταχυτικὸν & διάβλητον, *volubilibus benignisque* conſpicuum Suidas cum Lexico Anonymo Biblioth. Reg. interpretatur.

Pag. 236. Ἀπὸ ὀμμάτων.) Non ab oculis, quorum lumen extinctum erat, innoteſcebat Didymus, ſed quod a videndo exceſſiſſet: ea phraſi qua ἀπὸ ὀνείρων, & ἀπὸ γραμμάτων *Enſonſal* & *Exſcriba* nuncupatur.

Pag. 237. Ἀμμοκ.) Unde vocem hanc verterit *Urnas*, ediſſerat, ſi poteſt, Interpres: Græcis *batillos* ſonat, ad egerendam terram inſtrumenta, ſicut σκαπάνια, ad effodiendam.

Pag. 238. Δέκιμος.) Cum de Monachi dicitur, non is eſt, qui jam aſcetica vita probatus virtutibus effulget provectus, ſed is proprie cujus vires, propoſitum, animus probantur, & ad virtutem informantur: uno verbo, non *Monachus præclarus* juxta Xilandrum, ſed juxta tritum in Monaſteriis loquendi uſum, *Novitius* eſt.

Pag. 239. Ὠμοφόριον.) Humerale ad verbum reddidit Interpres: in *Faſciam* honoris gratia, Pontificum humeros ambientem, & extremis ante retroque pendulam, a Latinus *Pallium*, Archiepiſcoporum inſigne, dictam, intelliges. Ἐπωμίδα vocat Auctor frequentius.

Τὸ φόρον τοῦ μαρτυρίου.) *Puteum teſtimonii* vertendum cenſuit Interpres; Erroneo. Μαρτύριον enim Eccleſia eſt Martyri dicata, ut habet Chryſoſtomus hom. 31. tom. 5. ſtatim ſub initio: Hic quoque de Acacii Martyris templo aperta fit mentio: ac infra pag. 239 in Marciano ædes Euphemiæ μαρτύριον ſcribitur.

Τὸ μύρον τὸ ἐν τῷ βαπτιστηρίῳ.) *Sacrum Chriſma* intelligit ungendis Baptiſmo initiatis inſtitutum, cujus conſecrationem, de qua hic ſermo, continet Euchologium.

Ἐν ταῖς ἁγίαις Σαρακοσταῖς.) Baptiſmum, non ſecus in Theophaniis, quam in Paſchate, ac Pentecoſte, ſolemniter quondam Græci conferebant: ejus aquam, veteri more tetento, etiamnum hodie feſti pervigilio conſecrant, moriſque inſtitutionem Petro Fullonl Cedrenus aſſignat.

Τῇ μεγάλῃ παρασκευῇ.) *In Vigilia magna*, repoſuit dormitans Xilander, *ubi magnam Paraſcevem* paſſionis nimirum celebritatem non difficulter ſcribere potuiſſet.

Pag. 240. Προσίκτωρ.) Cujus officium apud Meurſium jejune deſcribitur, latiſſime apud Pancirollum in Imperii Notit. cap. 89. Imperatoris latus ſtipabat.

Ἡρῶα.) Tumuli priorum Impp. a Conſtantio in limine SS. Apoſtolorum poſiti, ἡρῶα ſunt, *Heroum loca*, & *Heroicarum cinerum* loculi, ἐν ἑκάστῃ μὲν τῶν ἐκεῖ *in peculiari nimirum porticu* a præfato Conſtantio conſtructa, diſpoſiti. Zon. in Conſtantio verſus fi-

Φωτιά, ἄμβωνα, σολέας.) Hybridas voces aſſerit Xilander, & ſe alioſque in eis interpretandis impedire veretur. An oppido, ut exiſtimat difficile interpretari τὸ φωτιὰ, Eccleſiam, ſive Trullam *fornicibus laqueatam*, vel ut ſcribit Meurſius, *inſtar furni contameratam*, φούρνον enim ita vocant Græci: τὸ ἄμβωνα *ſuggeſtum altiorem*, in Eccleſiæ medio locatum, *in* quem ab Oriente & Occideote gradibus aſcenditur, ex quo Dei verbum & legitar & enunciatur, τοὺς σολέας *gradus altari vicinores*, in quibus ſedem habent Subdiaconi, & e quibus velut e *Solio* Regis Chriſti corpus in populum fidelem diſtribuitur.

Κωφίσιον.) Pueraſcit interpres, *puerules* hanc vocem referre ſuſpicatus, quæ *Tonſoris* diminuti ve ſignificat. Paulus Diaconus in Juliano.

P. 241. Πόγων.) *Stipendia militum*, vel Impp. *dona* Calendis Januariis, natalibus Principum & urbium Regiarum, ut hic narrat Paulus Diaconus, eiſdem exhibita. Ab *Erogando* vox deducta.

P. 242. Ἱερομάρτυρας.) Pontifices ſimul ac Martyres ἱερομάρτυρας Eccleſiæ Græca nuncupat.

P. 245 Νατιβιτάτων.) *Minorum aſſium* perperam hic intelligi putat Xilander, quæ Græcis *ἀνατολὴ*, Turcis *Anatolai*, aliis *Natalia* corrupte dicitur. Errandi præbuit anſam prava vocum affinitas, quam ſincerior emendabit, ſi vice Νατιβιτάτων legatur Νατάλων. Ad eam enim Phrygiæ civitatem ad Sangarim ſitam, Procopius Valenti occurrit, ibidemque conſeruerunt manus utriuſque acies. Marcellinus lib. 26. *Valens teſtra promovit ad Phrygiam, & prope Nacoliam tollatis manibus, partium dum in anciſpiti, &c.* Vide Leunclavii Onomaſticon V. Enagiol.

Νυμφῶνα.) Domus publica celebrandis nuptiarum convivijs & ludis dicata: Auctor infra. τυμφαῖον ἐν φ. τοὺς γάμους ἐγίνοντο ἢ ἐκ ἐχέτων οἶκων. *Nymphæum, in quo nuptialem cœtum agebant, qui lares ad id aptos non habebant.*

Ἱερομήνιαν ἐποιήσατο.) *Diem feſtum egit*, Xilander interpretatur. At quem? quo ritu? qua de cauſa? Paucis expedio. Naſcentis anni celebritatem, ſopitis at non extinctis (ob brevius juſto Joviniani Imperium) imo jam renovaris & excitatis Gentilium ritibus, captata ex Nymphæi & Aquæductus jam abſoluti occaſione, ceu dedicationem intrinſque veteſto more habiturus, & operibus perennitatem ſuperſtitioſe precaturus, amplo in populum diſtributo congiario, urbis Præfectus peregit. In ſiniſtram hujuiccmodi ſententiam adducor pravo Valentis erga Chriſtianam religionem animo & libertate Gentilibus ab eo conceſſa, qua ut Theodoretus lib. 4. c. 22. ſcribit ἑλληνικὰ τελετὰς ἐποιήσαντο οἱ τῇ πλάνῃ δεδωκότες. eamdemque fugillat Auctor inferius anno 7. Moveor etiamnum vocis ἱερομήνιαν proprietate, qua nil Chriſtianum ſpirnus, quam τοιμὴν & κατάλυσιν a Concilio Trullano Can. 62. & 65. proſcriptis, auctoritatum non mediocri producta congerie, præponderara docet Stephanus: quam denique celebratis Saturnalibus, antiquo ac proinde prophano ritu peragi ſatetur Herodianus. τὴν ἀρχὴν τοῦ μηνὸς ἱερομηνίαν ἄγουσι τοῦ Ἰανουαρίου δῶν.

Πραιτώριον. Simocatta lib. 4. c. 15. Δύο ἦν οἱ τὴν βασιλικὴν δορυφορίαν συντεταγμένοι καρφαινόντων (*In Prætorium* ἐν δίκῃ Ῥωμαίων ἀνακαλεῖ) ξιφηφόρων. *Eunuchum Imperatorio ſatellitio Præfectum (quem Romanis mos eſt Præpoſitum vocare) miſit.*

Αὐτοῖς τοῖς ἀμφίοις.) Veſtibus nimirum officii inſignibus.

Pag. 248. Ἡν Οὐάλεντι τῷδε ὑπόσπονδα ἀμφιβαλεῖν ἔχων.) Salebras in plano quærit hic Xilander, & quam pro *futura* ſumare deberet, *ætati* vocem applicat in Obſervationibus. Sed nec allata verba ſonant: *fuit Valens futura mediocri*: quin potius *ita procera ut beſſem videretur exæquare*. Nec mirum, fratar enim Valentinianus ὁ τοῦ σώματι ἀμφιβόλου, ac in pietate ubimill, param ei potuit natura concedere corporis proceritatem.

Pag. 250. Συνταξίωσιν ἐνδεδέμενος λόγων.) Oratiouem titulum hunc præferentem componendis Epiſcoporum diſſidiis a Gregorio Theologo pronuntiatam cum Xilandro plerique autumant, quam Billius Obſerv. ſacrarum lib. 5. cap. 22. *ἀντιταξίωσιν* potius oenſet, qua nimirum alios valere quis jubet. Ejus conjectura Damaſceni maxime, ſiva auctoris opuſculi. *Quod mortui vivorum beneficiis juvantur*, verbis fulcitur, quibus damnati a juſtis ſeparati *ἀδιαίρετα τὰ συντάγματα in ultimo digreſſu lamentari*, & de futuro in æternum diſſidio conqueri perhibentur. Scribit quoque Auctor inferius pag. 435. *συντακτήριον ἐκτελεῖν*, pro eo quod eſt diſceſſum vocis conceptis Deo commendare. Lexicon anonymum. *συντακτήρια λέγει, εἰ ὁ ἐξιὼν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀπόκαμνος, ἢ ἐν ἀγρῷ ἢ τοῖς μεγάλοις πατράσι Γρηγορίῳ τῷ Θεολόγῳ συντακτήρια, orationes ſunt ea quibus ex urbibus diſceſſuri, proceribus earum vale dicimus, qualis eſt ea quam Gregorius magnus Theologus habuit.* Auctor Bardam Michaelis avunculum mari ſe commiſſurum refert *συντακτήριον ἐκτελεῖν*: ante diſceſſum videlicet *nuncupatis votis ſuis Deo commendaſſe*.

Pag. 252. Διὰ τὰ μετάτα.) Ad metam hic alliſus jacet Xilander, neicius decertationes aurigarum curruum ad *metam agitantium* in Circenſibus ludis vocari μετάτα, eaſdemque Theſſalonicenſium ſeditioni anſam præbuiſſe, de qua Sozomenus lib. 7. cap. 24. ὧν τὰς ἀμφορεῖς φησιν ὁ Σωζόμενος τοιάδε. Βοτηρίχου τοῦτο ἢ ὀχημάτων ἢ ἵππων ἐρασθέντος ἐκείνου, τὸν ἀνιόχων αἰχμὴν ἔδοξε ἐνιέναι, καὶ ἐκπαιδεῦσαι, ὃν φυρὰ ἐκ ἐπιτυμία δὲ ἐγκαθέμασιν ἐπιτηδείοις μᾶλλον, ἢ ἀναγκαίοις ἐπὶ τῶν ἀγώνων ὁ Θεσσαλονίκεως δῆμος ἐζήτει ἀφιέναι. ὡς δὲ ἐκ ἐπίθοντο, ἐκ χαλεπῶς κατέγνωσαν. *Fuit culpæ inſimulatio hujuſmodi. Boterichæ tum temporis apud Illyricos militum Præfecti auriga pincernam domini impudice lenuiſſe, de ſtupro interpellarat: eaque de cauſa comprehenſus in vinculis erat. Inſtante autem oqueſtri certamine, populus Theſſalonicenſis eum velut ad eam concertationem neceſſarium, dimitti poſtulabat. Quod quia non obtinuit, in gravem ſeditionem deflexit.* Fateor tamen u *metationibus* quibus inter proficiſcendum caſtra morarentur, τὰ μετάτα deduci. Legatur Pancirollus in Notitiam Imperii cap. 65. & Auctor ipſe in Adriano voce hac iterum utens, non niſi ſecundo ſenſo uſurpar. Theophanes etiam ſcribit populum ad ſeditionem motum, διὰ τὰ μετάτα τὰ ἐφεξῆς *propter caſtrorum metationes*.

Pag. 252. Πλησίον ἀγχιλίθων.) *Juxta cancellos* populum a ſacris penetralibus arcentes, de quibus Allatius de templis, & nos quoque nonnulla circa Euchologium obſervavimus.

Λεπρωμένων.) *Lepra infectorum.*

Pag. 254. Νυμφίου.) Averſa nummiſmatum facies ſunt παράσημα, aliis embiamata dicuntur. Eorum de quibus hic ſermo, figuram Auctor exprimit. Annotaticulam ἔτι ſubintellige ſcriptum in M. S. margina σήμαινον, quod ſe nuſquam exſcripturum ſemel promiſit Xilander.

Πατάκιον.) Locus urbis Regiæ.

Λέοντος.) Leonis Magni, qui Maſciano ſucceſſit.

Στρατηγίῳ.) Multa hic urbis loca ſtatuis & vetuſtis monumentis ornata confuſe pereenſet, unus eorum Στρατήγιον, quo ſe Prætoriani militas recipiebant.

Μιλίου.) Ad ædem S. Sophiæ eſt Μίλιον, aureum Miliiare, a quo ſicut & Romano, ab urbe C. P. incipiebant numerari Milliatia. Leunclavius in Pandectis.

Ἀβίδα.) Ædificium arcuatum, ſive arcum marmoreum principis olim triumphantis memoriæ dicatum, *Abida* vocat.

Ἡ φιάλη τοῦ ὕδατος.) In ædicula forſan ad Lauſi plateam ſita, ubi ad manum in rerſis poculis cuilibet ſiti preſto tranſeunti propinatur aqua, quod humanitatis opus religioſiſſime obſervant Turcæ lis in urbibus, ad quas magis conferta plebecula confluit.

Pag. 255. Οἱ δώδεκα πάνοι.) Chriſti panes multiplicantis miraculo illuſtres. Septem etiam ſporras pari portento quondam deſervientes, ibidem repoſitas narravit Auctor Conſtantini 23. & 24. ubi expreſſius columnam eamdem depingit.

Pag. 256. Ἐν τοῖς μαγειρείοις.) Svidas ἀστυνόμιον, τὸ μαγειρεῖον ἐν ᾧ οἱ ἄρτοι γίνονται. Non *manciplium*,

ſed *piſtoris officina*, *piſtrinum* eſt μυγωνιτήριον. Ex quo minus fidelem ſic reſtituo verſionem: *abolevitque conſuetudinem, qua in publicum piſtrinum fortuito delapſa, aut caſu occurrentia animalia, molas agere ad ſenectutem uſque cogebantur.*

P. 261. Ἐν τῇ Ἐφ.) Urbis CP. non Chalcedonis, ut comminiſcitur Xilander, ſuburbio. Ruſinianum enim Palatium CP. fuiſſe produnt hiſtoriæ. Chryſoſtomus ipſe Ep. 2. ad Innocentium de Theophilo quam pluribus conqueritur, quod magnam divinoque cultui deditam urbem CP. ingreſſus, juxta præſcriptum Clericis morem, ad Eccleſiam non ſe contuliſſet, ſed ejus prætercurſis veſtibulis, e navi egreſſus conſeſtim eatra urbem ſe proripuiſſet eum in locum, quo deinde in Joannem nefariam tulit ſententiam. Sacrum morem illum quo Epiſcopus civitatem ingreſſus ad Eccleſiam primo ſe conferret, a ſe ſororem Marcinam affliſta valetudine juſtatam inviſentem, obſervatum refert Nyſſenus in ejus vita, ex quo Theophili diſcendentis e navi, & ad Ruſinianum eatra urbem ut Chryſoſtomo ſtrueret inſidias recta contendentis improbitas manifeſtatur.

Pag. 262. Ἑβδόμῳ. Loco, ſeptimo ab urbe lapide diſſito.

Pag. 264. Χρυσοῦ λίτρας. *Auri libras*, ſcribit Budæus de Aſſe lib. 5. *non minus aureis ſolatis centum æſtimari poteſt.* Septuaginta duobus pendere teſtatur Lexici Jutidici auctor. Decidente imperio decem ſolummodo numerabatur. Ubi namque Paulus Diaconus ſcribit decem libras, τριάκοντα ἐκατὸν ponit Theophanes. Ultimis temporibus octo taotam æſtimata eſt juxta Blaſtatem c. 7. ᾧ Τ ογδοα. ἡ παλαιὰ λίτρα τριάκοντα ἑπτὰ ἐκατὸν· *quæ apud nos libra octo nummis ceaſetur*, Auri porro non argenti vocabulum in textu legendam eſt.

Pag. 266. Δισσὰ ἴχνη.) Tabulæ geminæ, e quarum una vivorum, ex altera mortuorum Eccleſiæ communicaotium nomina, inter miſſarum ſolemnia, leguntur, δίπτυχα ſant.

P. 267. Συγκελλ.) Ut de *Syncello*, potioribus in alium locum dilatis, nihil hic temere obtrudatur, vocem Σύγκελλ dignitatis & honoris, non officii notam eſſe commoneo; eamque hoc titulo Patriarchas inſignivisſe, quem privari convictus ſodalem, animi ſui conſciam, in negotiis conſiliatorem, Spiritus directorem, a confeſſionibus patrem, ac ideo larium eorumdem conſortem & *Concellaneum*, (κελλὸν enim ut jam legeo *Cella* eſt) in contubernium admittereot. Hinc Neſtorii Syncellus iſte Anaſtaſius, presbyter ab Evagrio lib. 6. cap. 2. & fautor ejus acerrimus, eidem ad Epiſcoparum proficiſcemi comes adjunctus enatratur: ᾧ Νεστορίου ἀθέσμου ὄντος, ἐπεὶ μὴ συνέθοντο οἱ γέροντες· ἀφὸ τῆς ἐνταυθοῖ ἀπιόντι· & ut *Syncellus* deinceps, Socrate li. 7. c. 32. teſte, αὐτῷ δὲ τῷ Ἀναστασίῳ προσβύτερῳ, ἅμα αὐτῷ καὶ ὁ Ἀντιοχείας κελεύει· τὸν δὲ τιμῆς ἕνεκα τοῦτο, ἢ ὑπὸ τῶν πραγμάτων συμβῆναι ἐκεῖνο· *Anaſtaſius presbyter una cum eo Antiochia profectus verſabatur; ejusque conſuetudine ſemper utebatur, & in magno honore, eique in rebus gerendis conſiliarius habebatur.* Quæ alibi de Syncello ſe animadvertiſſe monet Xilander ſuperflua ſunt, & loco incongrua. Qua namque ratione Patriarchæ fuiſſet ſucceſſor deſignatus, qui non ſucceſſit, quique non a Patriarcha, ſed ab Imperatore throni Pontificii hæres ſolebat rune temporis enunciari?

Σχολαρίους & βανδάλους.) E *Scholariis* Anguſtæ domus cuſtodibus, unus. De Scholis Pancirollus ad Notitiam Imperii cap. 64.

Pag. 269. Ἀνάγκ.) CP. loco ita vocato.

Pag. 270. Φιλοτιμίαν.) Φιλοτιμία, χρωμάτων, ſcribit Harmenopulus lib. 4. tit. 12. de quibus Rigaltius in Gloſſario Tactio, & Jordanus de rebus Ger. *Dum famoſiſſimam Conſtantinus ſuo nomine conderet civitatem, Gothorum interfuit operatio, qui fœdere inito cum Imperatore, quadraginta ſuorum millia illi in ſolatia contra gentes varias obtulere. Quorum numeri & millia uſque ad præſens nominantur in Republica, Id eſt fœderati.* Ac quoad propoſitum ſpectat, quo de Theodoſio ſit ſermo, ſubdit inferius. *Cumque exercitus in ferventio Theodoſii Imperatoris perdarans Romano ſe imperio ſubdens cum millite velut unum corpus effecit, milliaque iſta dudum ſub Conſtantino principe Fœderatorum tranſvata, & ipſi dicti ſunt Fœderati.* Edit. Pariſ. pag. 35.

Βαΐουλον.) Ὁ καταλίτων ἐπίτροπος, vocatur Procurator: ioquit Gregoras lib. 4. c. 9. Moſchopulus autem παιδαγωγός, καὶ παιδοτριβικὸ λεγόμενον βαΐουλον, *Pædagogum, & ludimagiſtrum; Bajulus dictus.* Auctor de hoc eodem Antiocho ſol. 264. Ἀντίοχον τινα δυναστεύοντα καὶ λογιώτατον ἀνδρα ἐπίτροπον καὶ παιδαγωγὸν ἀποστέλλει· *procuratorem & Pædagogum Antiochum virum præclarum & doctiſſimum miſit.* Leunclavius. Magnus Bajulus Imp. qui moderator eſt & arbiter conſiliorum ipſius & actionum, aut etiam tutor ejus in minore ætate conſtituti.

Παπᾶν.) Alius Πάπας, & alias παπᾶς: Hic *ſacerdos* vel *Clericus* privatus, in ſæculo rameo degens; ille *Papa*, Romanus Pontifex. De illo nuper auctor ſol. 268. Κέφαλλαι Ἀλλατιανὸς, ὃς Κλαυδίου Πάπου Ῥώμης ἦν τοῦτο δοῦναι. De hoc Allatius, nec non Codinus, Choniates etiam καὶ ποτὲ ὁ παπᾶς, ubi *Sacerdos?* Theophanes. ὁ Κύρος προσφωνῶν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐρχόμενος παπᾶς· *Cyrus ad Eccleſiam conſagiens, ſacerdos vel Clericus, fuſſus eſt.*

Κάρτουλ.) Communius tamen dicitur χάρτης: a quo, reor, vetus Gallicum vocabulum, *Charte* & *Chartre*. ἀπὸ τοῦ χαρτὶ deducit Lealcon Anonymum Biblioth. Regiæ.

Pag. 271. Μετεστέλλατο τὸν Πατριάρχην Ἀναστάσιον.) Marcianus primus principum Chriſtianorum a Pontifice imperii faſcepit inſignia.

Pag. 272. Νούμερο.) Nil *Numero* pro millium coborte accepto Latinis communius. Ab his vox ad Græcos translata. Mutuo repudiato *Numerum* Græcia penu ſibi propria dixerunt ἀριθμὸν, de quo nota retro ab hinc 12. Ad τοὔμπαλιν. Oecumenius in Act. cap. 25. ἀνάπαλιν δὲ ἐστὶ τὸ κατὰ τοὺς παλαιούς. Quid vero ἀνάπαλιν; Suidas· πάλιν ἐμπαλιν, φλαγγὶς, ἀνάπαλιν.

Pag. 273. Ὁ τῶν Μανδρῶν συλλίτης Συμεών.) Tres Simeones, eoſdemque tres Stylitas fuiſſe in Seniorii hujus vitam editis notis commonſtrat Roſveidius. Unum πρεσβύτερον, καὶ ἀσκητικὸν ζήλου, Presbyterum & Archimandritam: aliam ἐν Θαυμασίῳ ὄρει, celtiſſimo monte ſic dicto, vixiſſe narrat. Hic qui omnium primus, ἐν Μανδρῶν, ea Monaſterio in quo juvenilem aliquam egit ætatem, ab Auctore ἐν Ἀνάπλῳ columnam conſcendiſſe ſcribitur frequentius.

Pag. 275. Κλῆρος ἐκκλησιαστικὸς.) Clerici nomen apud Græcos non adipiſcitur quivis Clero cooptatus, ſed ia tantum, qui dignitatem vel officium in Eccleſia obtinet. Hinc percipis, qui ſint Patriarchæ Clerici, illi nempe qui circa illum aliquo defunguntur officio, a quo Monachus omnis excluditur, eumque licet Clero annumerem Græci doctores, Clericum tamen nuſquam eſſe vel nuncupari concedunt.

Στρατηγὸν τῶν ἰδίων πραγμάτων.) Qui ſeneſcente Imperio Δομέστικος & ἀνατολῆς, ἢ ἀνατολικῶν, ἢ ὅπλων, ἢ Δομεστικὸς τῶν ἀνατολῶν. Ab Auctore vocabitur, idem eſt qui Latinis (ſi bene conjicio) præfectus Prætorio Orientis dicitur. Vide Pancirollum in Not. Imp.

Pag. 276. Τῶν τροπαρίων ποικίλα.) Diverſa, diverſis affecta nominibus Græci cantillant in Eccleſiis Hymnorum genera, e quibus quamplura vocant τροπάρια, παρὰ τὰ τρόπαδα, ad inſtar nimirum aliorum, velut ſui cantus exemplarium, vertenda, ſive ut aprius dicaoi, occinenda: *Modulos* vocavi in Euchologio, ut ad aliorum *modum*, metris compoſitos, & *modulandos*. Carminibus quidem iiſque elegantibus primitus edebantur: deinceps vero ſervato ſyllabarum numero, & quantitate neglecta; preſsa, rudis & auſtera ἀπὸ τροπαρίων compoſitio evaſit, cujus nihilominus auctores, Poetarum inſigni nomine nuſquam ſe profeſſi ſunt exauctoratos. De Troparlis & eorum Poetis Allatius & Arcudius pluribus diſſeruerunt.

Κατακοσιοῦ χρυσίου.) Duo ρ. linea tranſverſa adacta ſimul cum accenru utrique ſuperpoſito, ρ ρ. ea notis Græcorum Arithmeticis putat Xilander ſignificare *Centenarium*, ab ipſo Millenis aureis, juxta

xta Joannis Kahl computum, æſtimatum. Erudite quidem. At abi ſexaginta quinque taotam *auri Centenaria* enumerat, *argenti* vero ſeptuaginta; videat quam parva ſit ſumma, quæ & exercitui centum millia hominum ſaperanti, & exhauriendis regiis æratiis ſatis ſit. Theophanes ad mille trecenta Centenaria clare ſcribit aſcendiſſe, cui conſentit Procopius ab ipſo Xilandro citatus, nec ab utriuſque computo, niſi centum Centenariis diſtat Nicephorus: unde mihi liquet Xilandrum mille ducentis viginti quinque Centenariis a vero numero aberraſſe, vel male notas Arithmeticas legiſſe.

Τὸν ἐπὶ βασιλέα.) Ex quo ſorſan profluxit mos, ut quos poſteri principes, collegas Imperii crearent, eoſdem quoque manu propria coronarent. Videndus Codinus cap. 57. num. 25.

Ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ.) Triplici de cauſa templum hoc Anaſtaſiæ nomen prætulit: unam hic auctor refert, duas alias fol. 248. memoratas reperies.

Ὁ Πάπα.) Παπᾶ nomen, quamvis coilibet Sacerdoti abſque delectu Græci ſoleant affigere τὸ πάπα nihilominus non niſi Romano & Alexandrino Pontificibus attribuunt: ac ne teſtes petamus extraneos, ſic pag. 332. 343. & alibi paſſim Romæ Antiſtitem in Auctore ſcriptum legimus. Alexandrinum quoque ſic dictum, civitatis illius incolarum Timotheo Ælluro præſens facta compellatio demonſtrat. ἐδέησαν καὶ τοῦ ἰχθύος τοῦ Πάπα. Oſtenduoe & quicumque ab Alexandrina ſede prodeunt diplomatum tituli, ex quo Cæleſtinus ad Cyrillum, ut locum ſuum in Epheſina Synodo teneret, ſcripſit. ἓξ δ' λόγοι ſcribit Nicephorus lib. 14. cap. 34. ᾗ τὸ τῶν μέτρων ἐνίδρυμα ὑλώνιον, ᾗ τὸν τοῦ Πάπα φροντιστήριον καθὼ, ἓ τὸν ὠκεανὸν ναυτιλιάμενοι. *Vade fama eſt illum, & Papæ appellationem, atque univerſi orbis judex appellaretur, accepiſſe.* Vide notas pag. 270.

Pag. 279. Ἡ φαῖρα τὸ ἀνδρεῖ αὐτοῦ τὸ φόρο.) *Globus* ille nimirum quem ſtatua Conſtantini in foro erecta manu gerebat, non vero *columnæ globus*, ut perperam Xilander: niſi vocabulo columnæ, ſtatuam in columna Porphyretica poſitam intelligat, de qua jam Auctor fol. 209.

Τὸ σκάμνι.) Platea civitatis ita dicta.

Ἐκδικον.) Longe eſt ab exequendo Latini interpretis officio Xilander, qui non *Defenſorem*, ſed *Executorem* vertit ἐκδικον. Quid exequeretur, edicat? *Defenſor* certe cauſas pauperum & Eccleſiarum vacabat, cujus titulum geſſit Sebaſtianus Martyr: Eumdem, imo plures, & ſuper omnes primarem Eccleſiæ Græca inter Officiales, de quibus Codinus, recenſet. De iis Concilium Carthaginenſe a pud Balſamonem Can. 78.

Εἰς Ουσιν.) Magnam videlicet, juxta Abydon ſitam; ſterilem, incultam & inhabitatam, in quam delinquentes deportabantur: plura Pancirollus c. 140.

Τριωγίῳ.) Oratio eſt, qua nil frequentius in ore Græcorum. Ἅγιος ὁ θεός, ἅγιος ἰσχυρός, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς, ante cujus ultima verba, hæc alia Petri Graphæi ſequaces voluerunt inferta. ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς. Hic porro Hymnus non *Sanctiſſimus* utcumque, juxta Xilandrum; ſed *Ter Sanctus*, ob ter *Sanctus* vocem repetitam, in Eccleſia Græca nuncupatur.

Σιλεντιάριον.) Silentiariorum Schola inter Imperatoris ſtipatores ſpectatiſſima, cui adlectus fuit Anaſtaſius. Evagrius hiſt. Eccl. lib. 3. cap. 29. Ἀναστάσιος τὸν εὐφυᾶ σωματοφύλακα αὐτοῦ μὲν ἤδοντι οὐ γεγενῆσθαι· ἐς τὸ λαγκιάριν δ' Σιλεντιαρίων χοροῦ κατελεγμένον. *Anaſtaſio nondum in Senatorem provecto, ſed Silentiariorum Scholæ tantum recenſito (Zenoa) coronam imponit.* Iſti Græcis ſunt Ησυχασταί, qui ad Imperatoris latera *Silentium* & quietem *indicunt*, juxta Agathiam ὑπὲρ τὸν αὐλὸν τὸν βασιλέα σιγῆ. Inter *Clariſſimos* a Dorotheo numerantur, eorum enim, ut ait, λαμπρὸν τροπάριον: quam via Anaſtaſium hunc δι' χαμαιζήλων αἰξημάτων infimæ dignitatis Zonaras ſcribat: qui nimirum inter Aulicos præclarus, longe tamen ab ambienda purpura poſitus fuiſſe videretur. *Edit. Paris. pag. 36.*

Pag. 280. Καλιγων.) Alluſum putat Xilander ad *Caligas* Latinas. Qui viro lioum, lanam, aut fericum cottoſiſſet & devoraſſet Zeno? Facilius certe *Cedren.*

Calceos, quos vox καλίγια refert. Dubium omne tollit Euchologium ubi religionis candidatum habitum Monachi ſuſcepturum (cui ritui præſens olim adfui) jubet a ſe abjicere τὰ ἐν τοῖς καλίγοις (ita ſcribit) non *Caligis*, ſed *Calceis* pedes nudare.

Ὅθεν ἡ φύλαξ τῆς βασιλικῆς μνημάτων, τῇ παραγγελίᾳ αὐτῆς φῶς τὸ μὴ ἀναψῆναι τὸν Σίμωνα, ἀνοιγόντων ἄντου. Reddidit Xilander. *Itaque ea (Ariadna) mandaverat cuſtodibus regii ſepulchri, ne aperiretur.* Mutile & ignare. Repono. *Vade & ejus juſſus, ne recluderetur Zeno, Regiorum ſepulchrorum cuſtode, fuerunt inſtituti.*

Pag. 282. Ἀναστάσιος ὁμολογίαν πρὸ Εὐθυμίου.) Ex quo poſtmodum Imperatores & principes ut fidem publicent, & ſcripto ſacramentoque firment, in conſuetudine pofuerunt: ſcripto viro fidem profeſſus eſt Zeno, cum deinceps repetierit, & vi facta receperit pag. 283. Vide pag. 318.

Pag. 283. Τῶν δύο μερῶν.) Prafinorum videlicet & Venetorum frequenter in Circenſibus certaminibus digladiantium. De quibus alibi:

Εἰς τὸ φροντιστήριον.) Quale ſic explicat Theophanes ἐν ᾧ ἐβασίλευσε αὐτὸς ἐν τῷ Πάπᾳ τὸ φροντιστήριον τῶν Ακοίμητων, ἀφ' οὗ ἐκαλοῦντο ἐνταῦθα τοῦτο.

Pag. 284. Εγκλειστοι.) De incluſis Monachis vide Balſamonem in Can. 42. Trullanum.

Καβάδην δέ τινας τῶν ἐν Περσίδι, &c.) Correctius interpretor. *Cabadem autem quoſdam in Perſide Chriſtianos, cum aculeis lacerraſſet, illi nihilo ſecius poſtmodum ambulaverunt.* Vox enim κάντρον alterni in compoſitione juncta naſquam, recentiori Græcæ loquutionis modo, *fiſſionem*. Sed actionis repetitæ frequentiam indicat: Sic ῥαβδίσκοις *fuſtibus ſæpius cado*, σφυρώντα *malleo iterum atque iterum tundo*. unde ἀγκιστρώσι, *uncis, ſcorpionibus, aculeis fadam* in crutibus pedibuſque *lacerationem*, potius quam *gladiis exaſciſſionem* ſignificare cenſendum eſt.

Pag. 286. Λευκοπετρῶν.) Ex Acyotiano marmore *ſavo*, ex Acyntio monte ad Chalcedonis littus delato λατόμια vero interpretor *capſum*, & *tumulum* non *ciſtam*. Conſtantinus in *Porphyretico*, id eſt rubro, hic in *ſavo*, Juſtinus in Præconniſiaco, id eſt, *albo*, Tiberius in *Praſino* marmore ſuere repoſiti.

Δικτιανὸν ἐπαρχον Αυγούστων.) Juſtinus axorem celebri pompa coronaſſe primus legitur. Coronationis ritum habes apud Codinum cap. 57. & in Euchologio noſtro ad calcem.

Pag. 287. Δῆμοι.) Numero multitudials, non populum gregatim, ſed varias populi factiones parteſque in ludis, pompis, conventibus publicis, ſibi invicem pro variis coloribus quibus ſe ornabant, in varia quoque ſtudia nonnumquam abeuntes ſignificat. De quibus nonnihil nota quinta ſuperiori, & infra copioſius. Sequitur.

Ἐξωκιόρτου τὸ Βίκτωρ μέρος.) Hoc eſt, pars Veneta ſupra reliquas tres, eminebat poteſtate, & Praſinam ſibi ſemper æmulam vi, ruinis, tumultu, cædibus devaſtabat. Venetam vocat partem Veneto, id eſt cæruleo colore, a Praſina viridi conſpicua, dignoſcendam. Duarum partium reſiduarum, hæc Albis, altera Roſeis inſignibus utebatur. Factiones, ut ſuper diximus, ſingulæ a diebant, & ex aurigantium curulî certamine & de pernicitate curſus decertantium ſtudiis inter ſe diſcrepantibus conflabantur. Ex oppoſitis vero ludorum æmulationibus, graviora per civitatem diſſidia enaſcebantur quæ cives ad æma, ſeditiones, & nefanda quæque ſactinora impellebant. Exempla ſuggeret Auctor Juſtinlani anno 22. pag. 296. 35. pag. 306. Mauricii ultimo pag. 358. Simocatta pleriſque hiſtoriæ ſuæ locis. Δήμαρχοι erant eorum capita & duces, quos propria voce Tribunos vocares, Σύμμορτοι ſinguli qaique parti addicti & adſcripti. Memoratur Simocatta lib. 8. cap. 7. τοὺς Δημάρχους ὁ Αὐτοκράτωρ ἀσπαζόμενος ὡς τὰ βασίλεια (ἐς ὄψεσθαι δ' ἔδοξε τοὺς ἀεὶ τὰ πλεῖστα ἀγωνιζομένους) ἐκέλευσε τούτοις Σαργίου τῇ Κυαμέῃ. ἐγκαθίστη δ' ἑκατοντάρχου ἑνὶ μέρει· ἐφ' ἑκάστῳ δὲ μέρει αἰζίγους ἓν χάρτῃ δ' σύνταξιν δ' ἐμοιῶν δ' χαλζοντος ἐνεχθέντος χρήματος, πεντακοσίοι ἐν ἑνὶ τοῖς χίλιοι συγχέοντας) Κυαμέῃ τὸν δ' ἀντίδετα αἰρετὸν ἑκατοντάδαν ἐνίοτε ἐκάστῃ τὸν χρόνον ἐκ δύο χρήματος

ἀρίστου τοῦ ἀπὸ Ρωμαίων κατωνίτου τάξεως · ἔστι δὲ καὶ μέγας κατὰ τὴν βίγλαν ἱππόδρομος · κατὰ μικρὸν γὰρ τοῖς κοινοῖς τιμίοις αὐξομένοις μανίαι, τοῦ Ρωμαίων διαλέκτου σημαίνουσι. *Tribunis* (*quos populi adminiſtratores vulgus nominare ſolitum eſt*) *ad ſe in palatium accitis, Sergio, inquam, & Coſma popularium numerum ſubtiliter exquirit. Sergius in charta numerum Praſinorum exaratum tradit, mille quingentos. Coſmas contrariæ factionis mentitur. Duorum quippe colorum cæruleï & viridis factionibus dedita erat populi multitudo, unde mala graviſſima in humanum convictum importata ſunt. Sexcenti enim aucti hac rabioſa inſania, res Romanæ peſſum iverunt.* Hinc, quos in Juſtiniani anno 31. pag. 386. vocat Auctor πατρικιοὺς, δημοτικοὺς, unius in alteram partem, non CP. modo, ſed & alibi paſſim *generales conflictus*: Et verbum ejuſdem δημοτεύειν, quod eſt *populum per tribus & partes recenſere*, ac deinde cæteras militiæ annumerare. Videndus omnino Balſamon in Can. 24. Trullanum.

Pag. 289. Ἐστὶ σημεῖον ἑστὼς.) Lego ἀνίσχων. Planities vero illa, a ſeptimo lapide quo diſtat, dicitur Ἑβδόμου: de qua ſupra notis pag. 262.

Χαροπὸν.) *Truci vultu* expoſuit Xilander, a quo ſenſu longe vox abeſt, de oculis tantum interpretanda, Χαροπὸν ἀτενίσαντα βλέποντα εὐσθῆ & *volubilibus oculis* ſpectabilem Juſtinianum commendans.

Μανικώτερον τοιοῦτοι ἀνδρῶν.) In quod nobiles illuſtreſque viri ſe reciperent.

Pag. 290. Στρατηλάτῃ.) Magiſtrum militum vocat Rigaltius, de quo Pancirollus abunde in Notitiam Imperii.

Οὐ γὰρ ἦν Ἀρμενία στρατηλάτης, ἀλλὰ δοὺξ.) Pancirollus in Notitiam Imperii cap. 131. *Juſtinianus ſubactis finitimis barbaris, magnam & interiorem Armeniam diſtam, novem provinciam creavit, L. ult. C. de Offic. Magiſt. militum, quem Totæ Magiſteo militum* (Τζίτζιν vocat auctor) *commiſit. Magnam, inquit, Armeniam, quæ interior dicebatur, & gentes Antitzanam videlicet, Angilenam, Aſpuenam, Sophenam, Sophonenam, in qua eſt Martyropolis, Belabitenam, & peimanam, & ſecundam Armeniam, & Pontum Polemoniacum curæ tuæ cum ſuis ducibus committimus.* Ducis enim & Comitis Magiſtro militum ſubjiciebantur. Pancirollus idem cap. 139.

Οὔνοι δὲ λεγόμενοι Σαβὶρ.) Hi verſus Danaprim & Danaſtrim fluvios fiti, Cherſonæ vicinores ex Conſtantino de Adm. Imp. agnoſcuntur.

Πλησίον Βοσπόρου ῥεῖ δὲ Οὔνων.) Boſphorus hic non Thracicus, ſed Mæoticus eſt, cujus accolæ Patzinacæ. de quibus, & illo Boſphoro Conſtantinus de Adm. Imper. cap. 42.

Ἐξωκιονίτου.) Extra urbem Regiam ed columnam ἔξω κίονος. dictam, a qua vicini ἐξωκιονῖται, Ariani Eccleſiam retinere permiſſi, morabantur. Auctos infra pag. 433.

Πλησὺ δὲ τῆ μεσαίλω τῆς βασιλικῆς Ἴδε κορυφὴν, διὰ ἣ μεγάλη ἐνίκων.) Veritati teſtes, fidelior hæc verſio quadrat. *Abſolvit etiam aream regiæ illi eſſet-ne* (*ſuperna*) *eamque majorem reddidit.* Vixit autem Illus ſub Leone & Zenone Magiſter militum. *Edit. Pariſ. pag. 37.*

Pag. 291. Ἡ ἀνταρσία τῆ λεγομένη Νίκα.) Ex corruptis & obſcuris Theophanis verbis ſeries rei colligitur. Ad Circenſes ludos quandoque profecto Juſtiniano inter cæteras acclamationes populus etiam τῆ βίκτωρ *Tu vincas*, Latine: Græce, Νίκα, adprecatus eſt: conteſtimque gravaminum ſibi illatorum Calepodium quemdam reum poſtulavit ad pœnam. Ex Praſinorum autem & Venetorum ſibi jugiter adverſis vocibus, non modico tumultu exorto, οἱ τῆς βίκτωρ factiones, de quibus ſuperius Notis pag. 287. Hypatium Imperatorem exclamarunt, qui olhilo ſecius cum plurimis perduellibus Beliſarii, Mundi, & Narſetis armis in illa ſeditione miſere exſtinctus eſt.

Ἡ τοῦ ἁγίου Εἰρήνου.) Clarius *Sanctæ Irenes templum.*

Προκαλίσας τὸν βασιλέα.) Suggeſtum elevatius a tribunali exteriori Regiæ domus. Vocat Simocatta lib. 8. cap. 1. προκαλίσασθαι τριβουνάλιον ἢ τριβοῦναν ἀρτηλίσιον. *Atrium illuſtre, amplum clarumque theatrum.*

Pag. 292. Τὸ Λαύσιακον.) Simocatta lib. 1. cap. 10. ſcribit eſſe οἰκοδόμημα ὂν τῷ μεγάλῳ βασιλείῳ τῷ πρὸς τῇ μαγίστρᾳ τῇ βασιλείου (lego βασιλικῷ) οἰκῇ. Λαυσιακὸς δ' ἀπὸ τοῦ κατονομάζεται. *Palatium in magno thalamo* (*quo ſedebat Imperatrix*) *juncta Regiæ ipſius aulæ, cui Lauſiacon nomen eſt.* E regione erat columna, & columnæ ſtatus Juſtiniani ſuperpoſita, de qua hic ejuſdem anno 16.

Καὶ Ὑψίδιον.) Vox ab interprete prætermiſſa. *Et opere teſſelato.*

Τυραννίας τοιαύτας ἐν τῇ πόλει.) *Conſulatum geſſit in urbe*, expreſſit Xilander: unde & male agit interpretem. Ad auctoris mentem. *Militibus donat tonum, populo congiarium diſtribuit*: vel, *veruſto Conſulum more pecuniam in populum ſparſit.* Nam de nummis ejus Victoriatis. ὧν Ἰουστινιᾶνος, &c.

Pag. 293. Ὁ μονογενὴς υἱός.) In Arianæ Hæreſis odium, ad laudem Verbi Dei Incarnati Hymnum hajuſmodi, tum alio tempore, cum lo miſſa ſtatim ſub initio, perſolutis duobus primis Antiphonis occinendum Juſtinianus edidit. Ὁ μονογενὴς υἱός, ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἀθάνατος ὑπάρχων, ἧ κατηξίωσεν ἕνεκα τῶν ἡμετέρων σωτηρίων παραδόσεων ἐν τοῖς ἁγίαις Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας σαρκωθῆναι ἐκ πνεύματος ἁγίου, καὶ ἐνανθρωπῆσαι, καὶ σταυρωθεὶς Χριστὸς ὁ θεὸς ἡμῶν, πατήσας θανάτῳ θάνατον, εἷς τῶν ἁγίων Τριάδος, συνδοξαζόμενος τῷ πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· καὶ καὶ, ἡμᾶς τοὺς πιστοὺς σῶσον ἀμήν.

Ἐπὶ τοῦ ἁγίου Σαμψών.) Eo quod ad S. Sampſonis Eccleſiam a Conſtantino extructam domus Hoſpitalis eſſet, cujus Menas præfecturam agens, vagis pauperibus excipiendis intendebat.

Ἐξέλιπε κατὰ μικρὸν τῆς ἁγίας Ἀναστάσεως.) Poſtremus & præcipuus in æde ſacra dedicanda ritus, eſt ſacrarum reliquiarum in ea depoſitio. Has, prævils dedicationis cæremoniis jam abſolutis, ex vicina Eccleſia, ſolemni proceſſus ordine, in recens conſecratam inferunt Græci. In dedicando itaque S. Sophiæ templo, e S. Anaſtaſiæ de quo ſuperius pag. 249 & & 276. proceſſionis pompa cum reliquiis profecta eſt.

Στρατηλάτου τοῦ Ἰλλυρικοῦ.) Non *Præfectum*, ſed *Magiſtrum militum* in Illyrico.

Pag. 296. Ὁ τῆς Ἀξιμουντίτ βασιλεὺς,) Azumitenſes vocat Paulus Diaconus lib. 16. De iſtis Homeritis Procopius do bello Perſico lib. 1.

Πομπὴν γινομένην ἐν τῇ Ἑβδόμῃ,) Πρόπομπον proceſſus, ſive proceſſio eſt, κατὰ etiam dicta. De vocabulo Meurſius erudite. Aliam porro proceſſionem hujuſmodi ſolemnem ad Hebdomum id eſt ſeptimum lapidem habitam Juſtini anno 9. & pag. 289. Notis, legimus.

P. 303. Κύριε ἐλέησον.) Vox a Græcis non adeo miſericordiæ exquirendæ, quam inſoliti caſus admirandi gratia, vulgo pronunciata.

Pag. 304. Ἐρώτων.) Non *ſupplicitis* quibuſcumque, ut rutans interpres, ſed *ſuſpendio furcave perimit.*

Κτυπήσῃ τὸ δωδεκάμηνον.) *Convivio, lætitiæque indicia per duodecim dies a Chriſto nato celebranda.* κληρίσῃ judicat Meurſius legendum: cui aſſentior Pauli Diaconi auctoritate ductus. *Prandia, quæ ex more ſunt in decem & novem accubitis ceſſare fecit.* Theophanes primum δέκατα vocaverat: eademque Luitprandus lib. 6. c. 3. fuſius deſcribit. *Eſt domus juxta Hippodromum, Aquilonem verſus, miræ & altitudinis & pulchritudinis, quæ decacunea cubita vocatur. Quod nomen non adeo, ſed ex apparentibus cauſis fortita eſt: Δέκα enim Græce, Latino decem, ἑνία novem, cubita a cubando inclinata, vel curvata poſſumus dicere. Hoc autem ideo quoniam quidem novemdecim menſæ in ea quæ ſecundum carnem eſt Domini noſtri Jeſu Chriſti nativitate apponuntur; in quibus Imperator pariter & convivæ non ſedendo, ut cæteris diebus, ſed recumbendo epulantur: quibus in diebus non argenteis, ſed tantum aureis vaſis miniſtratur*, &c. Videndus Leunclavius V. Conoclue. in Onomaſ.

Δημοφθορίαι.) *Partium & factionum*, de quibus ſupra, ſeſe mutuo incurſantium & tumultuantium *cædes.*

Pag. 305. Φιλοκαλήσειν τῷ τρόπῳ.) *Abſolutis jam, atque picturis, cælaturis, & opere teſſelato, perfecte jam exornatis trullo.* Quæ interpres omiſit. In voce τρόπος nihil germinant.

Κιβώριον.) Trullus quatuor columnis ad altaris angulos ſitis fultus, illudque tegens & ambiens (quales plerumque veteres Eccleſiæ Romanæ adhuc ſervant) κιβώριον eſt. Germanus in Myſtagogia, Codinus de templo S. Sophiæ, & nos ex eis pluribus circa Græcarum Eccleſiarum deſcriptionem.

Ὕπερθε δ' ἄλλη πυκνότ.) *A piſis* & leguminibus ediculæ lectores arcet Meurſius, ubi pro voce πυκνὸ, *pinſum* & *piſam* reponit. Inſulæ quoque *pinnacula* reddidit Xilander, quæ ſuſtentacula ſunt, *pilæ* nimirum & *ſtelæ quadræ* grandiores concameratum tectum ſubſulcientes. Caſui non abſimili impediendo in S. domo Laureanæ, quam reparando illi qui Conſtantinopoli obtigit, curam adhibitam deſcribit Tutſelinus Laureanæ hiſtoriæ lib. 3. c. 7. *Baſilicæ teſtudo* (Trullus) *ſabat ollis lateritiis innixa pilis. Attamen ſive ſuperſtructorum pariterum altitudine, ſive nimio impoſiti plumbi pondere degravante, ſuccumbere cœpit, & rimas agere repente cœpit, novoque illæ ornamento cellaque ipſi cui tumebat, fœdam ruinam minitans.* (Sacra cella ſub tholo, ubi CP. Ciborium, eique ſuppoſitum altare erectum erat, locata eſt.) Hinc quibuſdam interjectis. *Conſeſtim ex communi ſententia* (Sangallus architectus cum Nerucio) *pilas cæſo sacri impoſuit intentiore cura manire, ac firmare aggreditur. Igitur validis trabibus teſtudinem protinus ſuſcit, & clivum effoſi ſtrenue ſuadamentis pilas impigre conſeſſit quadratis lapidis, firmatque quatuor inter alternas pilas arcubus minoribus extructis, qui ſuper impoſito oneri forent ſatis.* uno verbo Auctor ooſtee. ἤ; ποιος ἄλλη πυκνὸς, καὶ ἐλήφθη τὸν τρόπον.

Κυκλίως.) Gradus rotundi per gyrum in altum tendentes, quorum exterior ſtructura pilas interiores communiebat, & Trullum ſubſulciebat.

Ἐσταμένη δὲ ἀξίως.) Quatuor nimirum arcuum quatuor pilas ſimul connectentium, & concameratо tholo ſive trullo, ad eum excipiendum, ſuppoſitorum.

Οὗτοι.) Hunnos Cotrigutos vocat Agathias, quos ſub Zaberga duce in Europam irrupiſſe refert lib. 5.

Ἀνακτησάμενοι τὴν χώραν.) Ad barbarorum excurſus reprimendos ab Anaſtaſio extructi ad Cherroneſi iſthmum. Agathias citatus. *in hoc iſthmo porrectior inedificatus eſt murus, in utramque mare producitur.* Μακρὸν τεῖχος ſparſim in hac hiſtoria vocatur.

Οὐδὲν ἧσσον.) Nihil minus eſt, quam *faſſam agere*, juxta Xilandrum, ſeu *foſſas co ere, caſtra ponere.* φοσσάτον eſt τάφρος, ut Gloſſæ Græcobarbaræ docent; dicitur quoque de *caſtris vallis munitis.* *Edit Pariſ. pag. 38.*

Πλοῖα διήρεμα.) *Actuarias naves multiplici remigis, & ipſas amphiproras*, ſcribit Agathias. *Actuariæ* ſunt, quæ temis aguntur. *Amphiproræ*, quæ utrinque proram habent, ſicut & διήρεμα, quæ utrinque puppim; quæ quandoque ſine temone ſunt, & non veriæ, hinc tode agi poſſunt. Amphiproras hujuſmodi Zonaras accurate deſcribit in Conſtantino; πλοῖα δ' ἦσαν τὰ μὲν πλάτει μοναῖα· ἦσι δ' ἀφ' ἑκατέρου τοῦ μέρους πρῷραι καὶ πρύμναι ἦσαν, καὶ οὐκ ἦν ὅπως ἂν ἐν τῷ πλῷ ἀναστρέψειαν, ἀλλ' ἐπὶ θάτερα ἐκ παλιρρύτου τοῦ ἀνέμου φερόμενα ἐκομίζοντο. τοῦτο δὲ ἐπὶ τῶν ἐπιτηδείων ἐν τῷ ὁρμίσκῳ ἐν τῷ ἀντιπεραίᾳ ὁρμίσκου. *Habebant navigia pleraque ſolitaria: quædam etiam biremes, quarum nonnullæ & in prora & in puppi gubernaculis & gubernatoribus inſtructæ erant, & duplici nantis, ut & accedere & recedere poſſent, & hoſtes tam in acceſſu quam in receſſu venirent.*

Καρανταρίου.) A ſuſceptæ *curæ Palatii*, ut loquitur Caſſiodorius in Var. & Marcellinus lib. 26. & 35. quia curat Palatium, Latinis *Cura Palatii* dicitur.

Σαγηνάριον.) *Sarum* vocat Procopius lib. 5. de Ædific. Juſtiniani, Orat. 5. eumque ex Armeniæ montibus ſua narratione deducit. *Agoreos* illi nomen imponit Paulus Diaconus, ac breviter de illo; *cæpit Imperator*, inquit, *ædificare pontem Agoreæ fluminis, convertens eumdem amnem in alium alveum, volvitque arcus mirabiles quinque, & fecit eum meabilem, cum antea ligneus fuerit.* Alii Satalin vocant, ad quem Nacolia Phrygiæ civitas ſita eſt: Zacatim hodie dicuot Turcæ ex Leunclavio.

Καμάρου.) καμάρα vel aliis καμάρα *fornix* eſt, *arcus, tholus concameratus.*

Προβολὴ καὶ μαγκωνᾶς.) Poſtremum vocabulum longum eſſe a *mancipio* ſignificando jam ſuperius inſinuatum eſt. *Piſtrinum* enim eſt, ſive *panis* vinum expoſiti *officina.* Προβολὴ veto *officina* quidem eſt, ſed ea *qua merces emptionatur*, oli tamen in ea fit operis. *Ergaſtήριον* tandem artificum eſt, qua induſtria humana opus quodcumque poteſt elaborari. Auctor infra ultimo Juſtiniani anno.

P. 306. Μαρτύριον.) Alluſionem non ſenſum notat Xilander circa μαρτύριον, quod *aream, atrium*, parentem ſub dio locum mœnibus ramen clauſum indigitat: de quo jam ſuperius. Hic vero tectum aliquod ædificium, ut media in area locatum ſubindicat.

Ταφρεύσαντα.) Scribit idem Theophanes: verbumque eſt ex Italico Græcoque conflatum: & eſt *pedibus quorum ſtatis.* Le parvis des Garçons, ou la quais.

Ἐστῶτα.) *Aulæa, ſeragulæ, vela* proprie ſunt *Pepla*, non *inſtrumenta*, ut corrupte interpres.

P. 308. Ἄδαμα.) Simocatta lib. 2. c. 3. Οἱ δὲ ἄνω ἐκ τοῦ πολιτικοῦ τῷ Ἴστρῳ ἀνακεκτημένοι ἔθνος καὶ ἀνικητότατον. *Hunni ſunt origine & Iſtrum accolunt gens infidiſſima, & avariſſima omnium.*

Τὸ ἄνυτον σὺν τῷ μακρῷ.) Modulus eſt in Baſilii miſſa, communionis tempore cantandus.

Χερουβικὸν ὕμνον.) Decantatur quotidie inter ſacros Liturgicos Hymnos, cum in menſa Propoſitionis dicta, ad altare, ſolemni proceſſu, ſacra dona, id eſt, panis & vinum deferuntur. Arcadius opere de Concordia utriuſque Eccleſiæ, Euchologium in notis ad Chryſoſtomi liturgiam.

Ἐξωστήριον.) Ad fores Palatii *excubabant* illi, & aditum obſervabant. Gloſſæ Baſilicorum. Ἐξωστήριον ἤγουν παραφύλαξ τοῦ Παλατίου ὑπάρχοντα φύλακες. Simocatta quaſi Cedrent Scholaſtes futurus lib. 3. c. 11. de Tibetio noſtro ſcribit. Ἰουστῖνος Τιβέριον ἐξωστῆρα ποιησάμενος, ἢ τῆς βασιλείας κηδεμόνα παντελῆ, ἀναγορεύει Καίσαρα. ἀγομένῳ δ' αὐτῷ ἐντυχὼν ὁ τῆς βασιλίδος σωφρονιστὴς, ἐξ ὑπαγωγῆς ὃν κομπὸν ἐξαυθαιρετῷ τῇ γυναικὶ ἐφέλκεται Ῥωμαίοις κακόν. *Juſtinus Tiberium hoc ortibus auget, & filium ſibi adoptans, Imperiique conſortem allegens, Cæſarem renunciat. Hic cuſtodium corporis ſatellitumve Imperatoris præfectus erat, quem uſitata voce Romani Excubitorum Comitem appellitant.* Iſque idem forſan eſt, quem poſt memoratos *Excubitores* Domeſticorum, *Comitem Excubitorum* nomine, recenſet Marcellinus lib. 20.

Ἀνεκφώνητα.) Ignotat Xilander *cæleſtis militiæ principis* Michaelis nomeo, & puculiter *principem ducum* appellat.

P. 309. Ἐν τοῖς τοῦ ἁγίου τοῦ ναοῦ.) Adoptatos, ad pedes adoptantium procidere docet ritus Euchologicus. Præſtat id Juſtino Tiberius, & Sophiam Juſtini uxorem non jam *Διάκονον, Imperatricem*, ſed *matrem* ſibi commendatam agnoſcit. Refert idem Simocatta loco citato; ipſumque Patriarcham adoptionis vota ex Euchologio leglſae narrat, ad cujus preces etiam adſtantes bene fint adprecati.

Λαρνακα Προικονησίαν.) Lapidis albi *a* Strabone lib. 13. laudati e Præconneſo Propontidos inſula eruti.

P. 310. Ὁ δὲ ἐβόλισεν, &c.) Quia templi illius & Auguſtæ unum erat commune Anaſtaſiæ nomeo. De templo jam plura nos cum Auctore.

Στολὴν ἀναλαμβάνει.) Hic ſe divinaſſe affirmat Interpres: Quidni? cum & falſi ſint vates? Nullus tamen hic divinationi vel deceptioni locus; cum *ſtolæ* reſtæ non ſint *aliæ*, niſi veſtes multifido tæniolarum textilium ordine variegatæ, quæ ſive directis canaiculis, ſive obliquis ſpiris diſtinctæ effulgeant, luxuriam tamen, levitatem, profuſionem, aſpectu ſuo prædicant. *ſtolæ* enim *canalis & alveolus eſt*, ex quo *canaliculatam* & *alveolatum* quodcumque

opus *ενλωτὸν* vocant Græci, quod Galli *Cantelle* pronunciant.

Ἀνὰ βλατεῖ.) *Textum multitium* eſt τὸ βλατεῖον vel *ſericus* quivis *pannus*: ubi enim in Niceræ Choniatæ Alexii comment lib. 3. una lectio habet *ἀνὰ τὸ βλατεῖον*, altera ponit, *πλὴν τὸ σκεπαστὸν ἱματίων*. Unde ingæ ſunt, & nullius momenti commenta, quæ circa *blatteum colorem* id eſt roſeum vel purpureum, & Græcum βλατεῖον, ex nominum allusione, velut e Delphica tripode, enunciat ſparſim Gretſerus in Codinum.

Ὀξινον.) Nuſquam *acuti vel vividi*, cum Gretſero citato, ſed cum Græcis modernis *violacei* colotis, vocem indicium eſſe dixeris: ac ſi velis attentius auctorem examinare, ejuſmodi violacei decertantium in Circenſibus ludis chlamydes fuiſſe affirmabis, quæ a purpura non omnino abeſſent, χλαμύδα ποικίλην ταραντινοῦν τὸ βλατεῖον: intellige χλαμύδα τινα, vel χλαμυτα.

Διδακτυλίου ὄγκου.) *Oras* ſive *limbus* duorum digitorum latitudine. ὄγκος vero dicitur, quia veſtis *Onu*, vel *Ornamentum* ſit: ac propterea locus in quo ſiſtebant, vel ſe exornabant in Circo decertaturi, ὀγκωτήριον dicitur apud Theophanem, ac Imperatorem Philippicum *ἀπὸ τοῦ ὀγκώματος τῆς στολῆς* tetere adductile Ruſſum quemdam; quem locum eumdem *Oratorium Præfatorum*, ubi nimirum *Orli* & *limbi* veſtibus attextis ſeſe adornabant, dicit Paulus Diaconus, quem eumdem ἀμφιτάφιον Cedrenum vocaſſe contemplabimur.

Ἐπὶ τὸ Δάρας.) Meſopotamiæ urbem ab Anaſtaſio conditam: de qua in Anaſtaſio.

Τύλδων. Somniat hic circa *Tuldum* Xilander, & *vexillum* referre fingit, a quo ſemotum erat omne vexillum. Ad conflictum ſiquidem deferebatur vexillum, cum fatelnis, inmentis, impedimentis, pueris, quæ τύλδων ſignificat, nullum, aut ſuperfluum. Suidas. *σκηνώματα, τὰ ὑπὸ ἡμῶν λεγόμενον τύλδωνα τὰ βαστάζοντα ἀναγκαῖα, ἢ τὰ μετακομιδὴ ἔντιμα ὄντα.* *Sarcinæ*, *Tuldum apud nos vocatæ*, *apparatum & rerum proviſionem complectentes*.

Pag. 321. Σημαίνειν.) *Diplomatis*, & *litteris* corteſtius hic interpretabere, quam cum Xilandro con-
Edit. Pariſ. pag. 39. tra*ctuum formulis*.

Συκάμινα.) Hem! *cucurbitale* Interpretis acumen *cucurbitam* legentis, ubi tantum *morifructus* aliis colligere licet.

Τεταρτίαιος τῇ ἰδίᾳ κλίνῃ.) Ad propetum lectum moriturus reverſus eſt Tiberius, cum Senatum, exercitum, & Patriarcham, de nuncupando Imperii ſucceſſore Mauricio faſe allocuturus. *ἐπὶ τὴν ὑπερῷον τοῦ βουλείου οἴκου, ἔνθα τραπέντα τῇ συγκλήτῳ ἢ στρατεύματι εἶπεν, φανερὸν ποιήσαι, ἢ περὶ τῆς προκλήσεως ἀφ' ἑαυτοῦ ἔχει.* *Ad apertam & ſub dio poſitam Regia aulam, eam quæ Palatio multis adjicitis in unum congeſtis incluſo, ejuſque maxime illuſtri & tecta ſaggeſto, ac ſpecioſo veſtibulo, ſive proſcenio junCta eſt, domeſticorum manibus geſtatus deſcenderat.* Quæ Simocattæ lib. 1. cap. 1. verba minus proprie reddidit Pontanus. *In atrium Palatii juxta domum, in qua multis ex herbis ſen frondibus, ad cæsandum dormiendumve, thori, ſive lectiſtraria, veſtibulum illuſtre, viſendumque proſcenium geſtatus*, &c. πρόκλησις enim *oſtium* pro ædificiorum & habitationum ſuperſtructa & coacervata congerie, non pro herbis & frondibus thorarum ſumitur.

Pag. 322. Βεργία.) *Virga viminea*, ῥάβδος Theocriti Schollaſte vocata, βεργίαι, ἀπὸ τοῦ ἰτέων ὄντων.

Μαρτυρίου.) Armeniæ urbem quadragintæ militum Martyrio illuſtrem.

Pag. 323. Κατὰ παρασκευάδι.) *Paraſcevis* ſingulis, *ſextis* dictis *feriis*.

Δανηρὶ.) Thraciæ loco.

Pag. 324. Μαγναύραι.) Luitprandus lib. 6. c. 22. *Eſt Conſtantinopoli domus Palatio contigua miræ magnitudinis ac pulchritudinis, quæ a Græcis placa, poſito Magnaura, quaſi magna aula, dicitur.*

Ἀμφιθέατρον.) Δημοσίων ἔνεκεν locus. Juſtinianus Nov. 85.

Pag. 325. Λαβεῖν.) Repone. *Lepoſorum*.

Τῶν ζωτικῶν ἐγχείρων.) *Sumptum ad vitam neceſſariorum penum*.

Κεράτια τέσσαρα.) Sunt numiſmatis ſextans. Numisma enim 24. Ceratiis, duodecim vero Miliariſiis æſtimatur: unde κεράτιον Miliariſii medium, Follis duodecim. Schollaſtes Baſilic. Eclog 23. Χρὴ γινώσκειν ὅτι τὸ ἓν κεράτιον φάλλεως εἶναι δώδεκα, ὅτου μιλιαρησίου τὸ ἥμισυ. τὰ οὖν δώδεκα κεράτια ἓν, τουτέστιν ἥμισυ τὸ γοῦν ἓν κεράτιον νόμισμα ἔχει μιλιαρήσια ιβ'. *κεράτιον τό*. *Sciendum Ceration eſſe Follis duodecimi, id eſt Miliariſii medium: Duodecim itaque Ceratia numiſmatis medio æſtimantur; ac legitimum numiſma Miliariſiis duodecim, Ceratiis viginti quatuor reſpondet.*

Ἐν τῷ Σιλεντίῳ.) *Comitium*, *cœtus*, *judicium*, *conſultatio* eſt Σιλέντιον, ſive Σιλεντίον, Auctor in Leone Iſauro Σιλέντιον ἐποίουν τῇ ἁγίᾳ κυριακῇ. Latine quoque Silentium pronunciavit Paulus Diaconus in eodem Leone. *Silentium contra ſanctas ac venerabiles celebravit iconas*. Zonaras Leonem alterum, (Philoſophum) ita morbo iliaco detentum narrat, *ὃς μᾶλλον διανοίᾳ ἐβασίλευεν τῇ συγκλήτῳ τοῖς συνεδρίοις ἐβασίλευεν, ἢ κελεύσαντος Σιλέντιον*. *Ut non potuerit ſolitam cum Senatu de ejuſmodi diſſertationem, quæ vocatur Silentium, celebrare*.

Pag. 326. Σπαθίου.) Iſidorus lib. 18. cap. 6. *Framea, gladius ex utraque parte acutus, quam vulgo Spatham vocant, ipſa eſt romphæa*.

Pag. 327. Ἐποίουν παιδία οἱ τὰ ξυλοκάνδυα.) Farce omnino & imperite luſiſſet in Mauricium populus, ſi utcumque, juxta Xilandri ſenſum, *cum nolarum lignearum inſtar* filios ſuſcepiſſe effutiviſſet. Ξυλοκάνδυον itaque cujus vice Theophanes ξυλοκινδυον ſcribit, cum nil aliud ſit præter *ligneum crepitaculum*, vel *globulus ligneus* concavus, & undequaque perforatus, in quo nuclei vel tintinnabula includuntur, ut perſtrepero ejus ſonitu recreentur pueri; & populus ad ludicrorum ſtatuſmodi inſtar Mauricii filios ſe tenere proclamet, ſummum in eos patremque Mauricium manifeſtat contemptum, eorumque mortem, ludum, gemitus, ludicrum ſtrepitum ſcie habiturum minatur. κάκκαβος porro *nucleus* eſt, & *globulus*: ξυλοκάνδυον lignum ſtreperis hujuſmodi globulis plenum. An non Xilander vir ligneus, & puetorum ξυλοκάνδυον?

Ὀμφαλίῳ.) Signo rotundo in areæ medio fixo.

Ἠσθάνετο κινούμενα.) Timet Xilander hominis de vita deſperati, & Euchariſtiam poſtulantis pieratem fateri in ſuis notis.

P. 328 Ὁ σπαθαλλὶς Μαγιστριανὸς φόρμας ἀνέκραξεν.) Hic alias *Magiſtrianus* dictus, & apud Theoph. φορτιπαίφορος, in gloſſis Baſilicorum vocatur Μαβδατὴρ & ἐμπολέμους. Lexicon anonymum Bibl. Regiæ ἐμπολέμους, ὁ ἵππος, ἢ ὁ τοξότης λέγων), καὶ οἱ βασιλικοὶ ἱππεῖς τὰ χάντατα ἱππάρια φησὶ Βοιβ. *Sol dicitur πεντοβόλος, qui uno die curſum conficit*. *Idem quoque eſt τοξότης quibus*: *vectibus*, *Imperialibus mandatis verſus partes Borenles miniſtrantes appellantur*. Leo Conſtit. 3. Μανδάτορα δὲ λέγω, οἱ τὰ μανδάτα κατὰ τῆς ἀρχόντων καὶ τῶν στρατιωτῶν ἐξίσου ἐξυπηρετοῦσι. *Mandatores Magiſtratuum mandata ad milites celeritate denunciant*. Hinc eos expertos, vigiles, variarum linguarum gnaros experit Mauricius, addit quoque voce ſonora dotatos, ad juſſa quæque publice efferenda: unde inter Juſtinianum & Factiones, *Mandator* ut utriuſque partis interpres & mediator eloquitur apud Theophanem: hic veto *Miſſus* eſt, & reſponſa ferit ad Imperatorem. Auctor iterum in Juſtiniano Rinotmeto ſtatim ſub initio.

Προβάλλονται ἄρχοντα.) Similibus verbis prius ſuetat uſus Simocatta lib. 8. c. 7. τὰ πλῆθη ἔδεχον τοὺς ἑκατοντάρχας Φωκᾶν φασὶ σπάσασθαι. *Milites Exarchum Phocam Centurionem ſibi præfecerunt*: quia nondum Imperii nomen vel inſignia ei detulerant, ſed ut fit in tumultu, *caput* & ductorem, data imperii potiundi ſpe, ſibi præpoſuerant.

Ῥηγίου.) Thraciæ urbs in Propontide Hebdomo ad meridiem inferior, in qua Leo Philoſophus pontem ædificavit, de qua Conſtantinus de Adm. Imp. cap. 35.

Κάμπῳ τῷ Ταυρικλείῳ.) Eo nempe urbis campo,

quo extructum erat Pulatium dictum *Tribunalium novemdecim accubitorum*.

Τὸν Σελυμβρια σίφωνα.) Ad imam ſinus partem verſus Occidentem eſt Σελυμβρια porta, a paliis in ejus fundamento ſitis ſic dicta. Leunclavius.

P. 319. Μεγαλοῦν τὸν ὄνον μυστηρίων.) Solem meridie quærit Xilander, & an hæc verba communionem ſacram indicent, notat.

Καλιγράφου.) Nec proprium nomen eſt, nec *pictorem*, ut Xilander inquit, ſignificat. Simocatta exponit lib. 8. cap. 13. *διδασκάλου τινὸς ἐπὶ τῷ καλῶς γραφέντων, ὃν ἐν σοφίᾳ φασὶ καλλιγράφον ὀνομάζειν οἱ Ἕλληνες: Virum quendam elegantem efformantem ductus litterarum, quem vulgus voce juncta Calligraphum, pertiſſimum ſcriptorem nominat*. De Tachygraphis & Calligraphis Origenis Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Illi Notarii erant, & ut celeriter, ita minus belle: hi tardius, at elegantiſſime pingebant, litteraſque coloribus & auro diſtinguebant; ac propterea χρυσογράφοι dictos nonnumquam reperies.

Ἐκπαστιχίδων.) Noctu quibuſcumque *excubiis*, ſed quas cum amicis nocturnus convivæ peregiſſet domum repetebat Calligraphus. Simocatta. *νέοιναι μὲν γὰρ τοῖς στατήρσι φυλακὰς ἐγκατὰ οἱ ἀμίαν τινὰ κατασταστιχίδα. τούτῳ γὰρ δὲ τῷ ὁμοίῳ πάντυχοι ἰδὶ ὁ παῖζωμεν. ἐβδομαίαν γὰρ ἡμέραν ἄγα τὸ γαμικὸν, ἀφ' ὧν παῖδιν τῷ ἀνδρὶ λοχευόμενον· σωὼδες γαὶ τοῖς ἐγγυτέρω ἐνὶ τοῖς λοχεμένοις παιδίοις ἐβδομαίαν ἄγουσι τὴν ἡμέραν συμποσίαν ἑορτάζειν κατασταστιχίζοντα. Oportuit. (Calligraphum) aſque ad quartam vigiliam noctis pervigilare. Mercatori enim tota nox feſta agebatur, quod ejus uxor ſeptimum jam diem a partu puerî maſculi agebat. Habebat quippe morem indigenæ, ut uxoris maribus diem ſeptimum ſolemnem agentes* (de quo Euchologium poſt baptiſmatis officium) *noctem, quam longa eſt, luxæ & convivio traducant*.

Edit Paris. pag. 40.

Ἀκούει ἐκ τῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνδριάντων λεγόντων.) Imerpres. *Audivit ſimulachra ab altaribus dicentia*. Inepte. Non enim in altaribus, ut ab iis inquerentur, erant ſimulachra. Sed nec cuilibet ſimulachro ſuum erae altare. Repono. *Audivit ſimulachra ex baſibus ſuis dicentia*. βωμὸς enim at *altare* ita & ſimulachri *baſim*, eo quod altaris exhibet figuram, ſignificat. Suffragatur Simocatta. *ἐπὶ τοῖς ἀναμετρήσαι τῶν ἀνδριάντων ἐκ τῶν βωμῶν καθηρτίσαντας, τῇ μηχάνῃ ἀντρὶ ἀφίστας ταῦρα. Nobiliores ſtatuas baſibus ſuis dimotas extulit, magnamque vocem emittentes*. &c Ita ejus interpres.

P. 320. Αὐγουσάλιον.) Nnn *Auguſtalia*, ut Xilander, ſed *Auguſtalis*, ut antiqui ſcribunt, dicebatur, ab Auguſti temporibus, Ægypti præfectus.

Τὸ τέλεον ἀναβῆναι.) *Auctio tributo*, Non enim modo *palla*, & conventa; ſed & tributum, pactumque tributi pendendi gratia pecuniam, τέλεον indicat. Auctor in Phoca anno 4. *ἐφέσιον τοῖς καμήλοις τέλεσι*.

Σκευλάφιος.) *Sacellæ præpoſitus*, & Eccleſiæ Æturio.

Ἐν τῇ μόνῃ.) Non *in porta ipſo*, ſed *ad portum*; hoc eſt in aggere portum, ubi nimis aperta ſunt ejus oſtia, circumambiente, & fluctus ventoſque violentius irrumpentes tetundente.

Πρὸς Ἡράκλιον ἐρωτηθὲν Ἀφρικὸς.) Στρατηγὸν hic *præfectum* interpretor. Cum enim Africa a Vicariis primo gubernata anno 439. in poteſtatem Vandalorum tranſiiſſet, iis demum poſt annagintis quinque annos profligatis a Juſtiniano, Vicario abolito, proprium *Præfectum* ab Imperatore accipiebat, cui ſubſtitutus ὑπερτάτους hic memoratus, is poteſt eſſe qui prius regebat, *Vicarius*. Pancirollus in Notitia Imp. Occid.

Pag. 321. Κόμητα Ἀνατολῆς.) Comes Orientis ſub ſua diſpoſitione Orientis provincias a Marcellino & Imperii Notitia relatus habebat. Dignitatem ejus militarem ſtatuit Ambroſius Ep. 29. ad Theodoſium, civilem Valeſius in Marcellini lib. 24. cui Zoſimus ab ipſo relatus inclinat, & apprime ſavet Auctor civilis negotia ub eo pertractata, & Antiochenſium Hebræorum ſeditionem ab eodem pœnis inflictis coercitam enarrans.

Τὴν ἀχυροπώλιδα ἐκείνην.) Quam non Edeſſenam poſtmodum inventam, ſed Camulianenſem, vel aliam miraculoſe expreſſam, aut ad Prototypum non manu factum a pictore effictam, ac ideo ἀχειροποίητον quoque dictam ſcribit Gretſerus Opuſc. de Imag. non manu factis cap. 15. De illa quoque Damaſcenus Studites in Theſauro.

Εἰς τὸν λιμένα τοῦ Σοφίας.) Portus CP. capaciſſimi pars eſt ea parte Guluiæ Σοφία, a Juſtino de uxoris nomine nuncupata. Vide Auctorem Juſtini anno 11.

Κάμου.) Lego χάμου.

Ἐν τῷ ξυλίνῳ τὰ ἅγια Στεφάνου ἐν τῷ σκευοφυλακίῳ.) Sacrum illud oratorium transluis S. Stephani reliquiis condidit Theodoſius. Auctut in ejus vita.

Βασιλικὸν χάραγμα.) Morem illum antiquum præceſſor Mauricius renovare ſtuduit. Auctor ejus vitæ anno 1.

Pag. 322. Ἐκφόβου Εὐφορίας.) Prima hæc ex Impp. filiabus ob Auguſtæ matris mortem Auguſta fuit coronata.

Στέφανον κοινὸν Σαρίνα.) Noo ab ipſo modo Imperatore, (ut a Juſtino primo factitatum narrat Auctor) ſed a Patriarcha quoque coronabatur Auguſta.

Pag. 324. Βλάχας.) Corrigo. *βλάχας*.

Πλοῖα Τάρκων.) Hic primo Turci nomeo legitur in Auctore, de quibus jam jam pag. 269. *Τάρκοι τοῖς ἔθνεσι, ὃ καὶ Χαζάρους ὀνομάζουσι. Turci Oricatales ſunt Chazari*.

Θεμίστου.) Themiſtos nomen hucuſque Auctuti innominatum; uotiquis, quo nunc capitur ſeniu, gnotum. Significat autem primo legionem alicui Provinciæ vel Genti impoſitum. Conſtant. Them. Orient. *στρατιὰ ἔκατ' ἀρχαῖς τεταγμένα τινα, ἃ λεγεῶνα ὀνόματι ἐνεγραμμένα κατ' ἔθνος. Quondam enim primitus Themata*, (de quibus loquitur) *erant agminæ quædam & legiones junta gentes militiæ adſcriptæ*. Ipſæ veto provinciæ temporis proceſſu *Θέματα* ſunt vocatæ; ac re longius teſtimonia petamus ſcribit hic Auctor. *ἐξῆ δὲ Ῥωμαίων θεμάτων ὀνομάζεσθαι: Per Romanos Provinciales iter faciens Heraclius* &c. Plura Rigaltius & Meurſius.

Pag. 325. Βίγλας.) *Excubiæ militares*: φυλακὰς vocavit Simocatta lib. 2. cap. 9. *explorationem* ſcilicet, & ſecretam latentemque hoſtium diſquiſitionem, Cedrenus in Mauricio κατασκοπὰς.

Ἡλώκασιν.) *Caſtra applicuit, admovit, poſuit, fixit*. Ita Paulus Diaconus. Verbum a Latina lingua tradactum eſt τὸ, ἀπλοῦν *Caſtrametor*.

Pag. 327. Μαγαρίτου.) Quem moderni Græci *apoſtatam* vocaot. is eſt qui, ubnegata fide, fœdo Geotilitatis ritu ſeſe inquinavit & polluit. μαγαρίζω namque eſt, *inquino, contamino, ſordibus impleo*: & metaphotice, *legem violo, & turpi deſertione Chriſtianam religionem fœdo*. Theophanes. *ἀναλωτὸν Ὀθμὰν ὄντα καὶ ἐκ τύλων, καὶ μαγαρίζειν τοὺς Χριστιανοὺς διέγνωσαν. A tyrannidibus vinum proſcripſit Umar, & Chriſtianos religionem ſuam deturpare, ſive deſerere coegit*. Paulus Diaconus uno verbo complexus eſt, *Apoſtatare*. Hinc μαγαρίτης *qui fidem abnegavit*: quam vocem ad eum quoque qui prophano vetitoque cibo ſe polluit Eccleſiæ Græca exteodit.

Pag. 328. Σκαφῶν γλυπτῶν.) Naviculæ flaviatiles unn ligno excavatu tumultuario præparatæ, *μονόξυλα* dictæ, *σκαφαὶ γλυπταὶ, exſculptæ* alnirum, & ſcaipellis, rudiori truoco efformatæ. Auctot de iiſdem ſeuceotis in locis ubi de Ruſſis & Patzinacis mentionem agit. Uſum earum, & qua ratione per terram trahi, vel hominum humeris ſoleant tranſportari, enarrat ſuſiſſime Conſtantinus de Admin. Imp. c. 8. de Putainacarum *ἐν μονοξύλοις* navigationa.

Τὸν λιμένα τοῦ κέρατος.) Portum Conſtantinopolitanum. Leunclavius.

Κατὰ τόπον τὸν λεγόμενον τοῦ παλαιοῦ σίφωνα.) Exinde, illuc fiebat ſecundum anti quum typum proceſſio, cujus ritum & preces exhibet Euchologium recens editum. Petra illa prægrandis eſt, verſus portam Adrianopolis nomine dictum.

Pag. 329. Βαυβὼ ἡ Πειραιώς.) Βαυβὼ ſignificare *ocuſſum* facila eſt Simocattam legenti agnoſcete:

τὰ σημεῖα τῶν παρατάξεων, inquit lib 3. cap. 6. ἅπερ Ῥωμαῖοι αὖθις τῇ πατρίῳ φωνῇ βάνδα ἀπεκάλουν. *Exercitus ſigna, quæ Romani paterna voce Banda vocare ſunt conſueti.* Sic Paulus Diaconus Latine vocat. Addit Rigaltius etiam τάγμα *bande troupe* indicare. Aſſentiar, ſi modo cohortem vel agmen illud intelligat, quod ſub uno *Bando* ſive vexillo, unde nomen accepit, militat; *une compagnie.*

Λωρίον.) Nuſquam *lorica* eſt, ſed *balteus*, ex quo ſcutum vel enſis pendet, *lorum*. Germanus in Myſtagogia.

Τὰ βραχιόνια.) Trito magis verbo legit Theophanes βραχιόλια, quæ ſunt ad brachia, *armillæ*. Ad ſartores, bracchiorum indumenta Xilandri.

Τὸ σταμμάχιον.) Achmes cap 131. interpretatur καββάδιον. Eſt autem καββάδιον ſive καββάδιν, *tunica* exterior, ſtricta quidem & corpori adhærens, at brevior & globis ante pectus junctis, nec ſago militari omnino abſimilis eſt.

P. 330. Σῦλα μεγάλα ὀλόκ.) Συλαλὸν vulgo, mendicis autem Agallochon dicta. Ubi enim Dioſcoridis codex Græcus περὶ ἀγαλλόχου, marginis annotatio, τὸ παρ' Ἐβραίοις, ſcribit. Addit Matthiolus optimum e Calecut emporio Luſitanos advehere, quod igni ſuccenſum ſuaviſſimum perflet odorem.

Edit. Pariſ. pag 41.

Μιτώνιον.) *Filia ſerici* ſive *ſericum infectum*, non pannum ex eo textum ſignificat.

Χαρβάσια κεκοσμ.) *Carbaſinas camiſias* interpretatur Xilander. Feliciter. Iis tamen lineas ſubtiliores bombycinaſque, ad nitorem, delicias & oſtentationem ab Orientalibus geſtari conſuetas, velim hic intellectas.

Ἄσημον.) Argentum nullo adhuc charactere cuſum, & ſignatum.

Νακοτάνατα.) Νάκοι quidem *vellus* refert, at non ideo νακοτάνατα *pellicea veſtis ſtragula* eſt ut conjicit Xilander, ſed *aulæum* vel *tapes* e ſerico vel lana *villoſus*, tapes Perſicus, vel Armeniacus vulgo vocatus, cujus villi vellus quodammodo referunt.

Καρδαρίχων.) Καρδαρίχων legit Theophanes, ſcribitque. Καδαρίχων ἀπὸ τῆς Κυρίου ὄνομα, ἀλλ' ἀξία μεγάλη παρὰ Πέρσαις ἡ ἀπὸ Παλαιᾶς σημαινόμ. *Cardarigas non eſt nomen proprium: ſed magna penes Perſas dignitas, Perſarum nimirum Ducis.*

P. 331. Ὀνωρεμίχιος ὁ Ἰακωβιτῶν.) Qui Jacobi Syri cujuſdam Monachi ſequaces, ac Eutychis & Dioſcoridis in pleriſque aſſeclæ. Lege vero annum κα. non κκν. at annorum ſeries non interturbetur.

Κύρου τῶν Φαιδῶν.) Toto ſpatio *a Phaſide Lazorum Colchidos urbe & fluvio*, ad Phaſelim Pamphyliæ, abeſſe Xilander in notis.

Pag. 332. Φωκᾶς.) Urba eſt inter Ægyptum & Arabiam media.

Τὸ σαβᾶ.) Correctius *leniter tinctam*; *ſatilem* & *ſucatam* rectius dixeris, quam *aqua ſubmergendam*.

Τῶν μαθητῶν αὐτοῦ.) Particula, αὐ, his verbis præpoſita, hiſtoriæ veritas, ac Auctoris ſenſus habetur legitimus. Pyrrhus enim & Maximus Theodori Romani Pontificis non fuere diſcipuli: ſed ſub Theodoro quæ circa Pyrrhum, & Maximum, nec non Maximi diſcipulos acta ſunt, contigere.

Καὶ Μαρτίνου, ἢ τοῦ ἁγίου.) Hiſtoriæ inverſus ordo, ut ſummatim plurima proponantur.

Ὀθομανὸς Ἀμοῦρα.) Mahometus.

Γαζιδὼν.) Syriæ urbem. De prælio ad eam commiſſo inferius Heraclii anno 24.

Ἰαμαχὼν.) Legit Auctor anno 25. Ἰαμαχδὼ, ac Syriæ fluvium eſſe commonſtrat.

Pag. 340. Κολασσεῖς.) Non Rhodii modo, ſed & Choniatæ Phrygii, qui & Paſſaleoſes, ſunt Coloſſenſes: quod annotaſſe debuerat Xilander, ne impingeret.

Pag. 341. Βυκινατορες.) Βυκανον aut βύκινον, *buccina* eſt: corneum & recurvum inſtrumentum vemo in bellis inflandum. Differt a *tuba*, quæ minor eſt, & Leonis Conſt. 7. dicitur μικρὸν βύκανον: *Buccina* vero juxta Niceram in Manuele Commeno ὑπερμέγας σωλὴν eſt, ac ideo μικρὸν ἀπὸ βυκάνου ſcripſit lib. 6. Hinc σάλπιγξ ſive τύβα a *Buccina* ſæpius diſtinctam legas, quamvis Leo citatus etiam hanc cum illa confundat, cum ait ſignum fieri τῇ τύβᾳ, ὃν τοῦ λαγοῦ βύκανον.

Pag. 345. Ἀπὸ τῆς βραχιόνος τῶν Χριστ.) Eſt Aurea porta verſus Blachernas in imo ſinu τὸ κέρατος ſinus CP. βραχίων eſt *flexus* ipſius ſinus: Κυκλόβορα ejuſdem ſinus fauces, ſive CP. extrema pars verſus Helleſpontum.

Pag. 344. Παγωνάτου.) A promiſſa barba, quam e Sicilia redux Conſtantinopolitanis oſtentavit; cum ex urbe digreſſuro prima lanugo circa genas exoriretur.

Ἐφιλλωσεν.) *Furca ſuſpendioque damnavit*: mutato ρ in λ pro ἐφίμωσεν: non in ſuburbio ut Xilander, verum ut Strabo lib. 7. ἐπὶ τῶν ὑπὸ τῇ συκῇ καλουμένῳ λιμένι, *in Sycos portu*, qui nunc Galatæ.

Pag. 345. Ἀπὸ Ἑβδόμου μέχρι τοῦ Κυκλοβίου.) Septem itaque millibus paſſuum, ab Hebdomo qui eſt ſeptimus ab urbe lapis, ad Cyclobium portus CP. locum, extendebatur navium Saracenicarum ordo.

Τὸ Σιμωνὶς.) Secundæ Pamphyliæ urbis.

Pag. 347. Παλάμαται.) *Salebræ*, *ſcopulorum aſperitas*.

Μαρδαΐται.) Mardaitæ ſunt ex lege Saracenica apoſtatæ, ipſis Saracenis iuſenſiſſimi: nominis cum Hebræorum Maranis communis eſt radix. Leunclavius.

Pag. 348. Χάλκινον τεῖχος.) Mardaitarum agmen, quo, velut æneo muro objecto, Saracenorum irruptiones reprimebantur.

Ὀψίκιον.) Quandoque *obſequium*, frequentius *provinciam*, & *agmen* militum refert vox ὀψίκιον. *Legionem* ſignificat, ubi, tum apud Auctorem, tum Theophanem τὸν τοῦ Ὀψικίου, Κόμητα Ὀψικίου, & ſimilia leges: provinciam Aſiæ, Bithyniam nimirum deſignat in Leone Philoſopho, ἐγκρίνει τὸ πλοῖον τοῦ Ὀψικίου, *puellam ex Officio duxit*: in Romano Lecapeno. τιμωνεῖ τὸ Ὀψίκιον, *peragrabat Officium*: in Zoe. ἐν τοῖς τοῦ Ὀψικίου στρατιώταις αὐτοῦ, *in Officiatis ejus agris*.

Τῶν κλισιάρχ.) Svidas. κλισιάρχαι οἱ τὰ κεκοσμημένα τῆς ἡβδόμου τῆς τακτικῆς τῆς Ῥωμαίων φυλῆς. *Clajarii* (Cluſas vocant Francorum Annales), *patria Romanorum voce tranſitum in montibus præſidia vocantur*. Loci quoque Præfectura, κλισιάρχια eſt. Conſtantinus de Adm. Imp. τῆς ὑγιοστρατηγικῆς, *tranſitus Præfectura inſtituta eſt*, Præfectus ipſe κλισιαρχιάρχης.

Ἐν Ἰοβοτούλοις.) Ponti Cappadocii urbe, de qua Ptolomæus lib. 5. cap. 6.

Ἐπὶ φλαμούλου.) In ipſo conto unde *Flamula*, prælliamium *ſignum*, ſive *vexillum* dependebat. De *Flamula* plurima Rigaltius.

Ἐξαρχατὸν.) Qui infra in Baſilio & Conſtantino Romani FF. dicetur Ἐπάρχων: qui præeſt operis, & eas urget.

Δι' ἀβλωῶν.) *Scuticis*, quales ſunt equorum *habenæ*. Meurſius de illis docte verbo Ἀβλίνα, vel Ἀβλωνα.

Pag. 349. Γυναῖς Ἀγροδίτης.) De Generali Logotheta erudite ſatis ſcripſit Xilander Annot. prima; reliqua explanabuntur Inferius.

Πλησίον δὲ τοῦ παλατίου.) Ex Regiæ CP. deſcriptione, penetrata obvii primum muri porta, ampliſſimum atrium fidelliſſimo ſarellitio munitum popularibus turbis pervium & conceſſum, occurriſſe liquet. Ibi Venetæ parti, cui propenſus affecti erant Impp. ob rebelliones a Praſina ceu potentiore ſæpius excitatas, Juſtinianus hic ſedes lapideas, quibus ſe ſe redeuntem vel egreſſurum fauſtis acclamationibus exceptura conſisteret, extruere moliebatur. Vicini nihilominus templi religione deterritus, ne ſe populi querelis objiceret, Patriarchæ Callinici vota cœptis auxiliari expetiit. Ille non deficiendis ſed dedicandis templis cum preces ab Eccleſia ſtatutas primo reſpondiſſet, mox Imperatoris auctoritate victus, vim factam, & aſſenſum violenter extortam, novo Dei præconio adinvenia manifeſtavit apertius. Εἰσὶν porro τοῦ Βουκινατορος *lapideæ ſedes* erant *Venetæ*

faſtioni parandæ, & ut loquitur Paulus Diaconus, *baſes populi conſtruendæ, ut illic Imperatorem ſuſciperent*. Nam & ibidem, vel juxta conſtituiſſe Praſinos, colligo ex Leone Grammatico in Theophilo ſcribente, τὸν ἀναβάθρου ἐνδοθεν τοῦ Δήμου Πρασίνου, *Suggeſta in quibus populi partibus ſuis eſt conſiſtere*. Alium nihilo ſecius locum a Praſinis Venetos delegiſſe Simocatta ubi de coronatione Leontiæ Phocæ Tyranni uxoris ſcribit: γίνεται δὲ τοιοῦτο τὸν ἱερὸν τοῦ Διονυσιακοῦ παρὰ τὰς τοῦ Θεάτρου ἐμβολάς. Ἐν γὰρ δεξιᾷ τοῦ παρὰ τὸν Διὸν ἱεροῦ κεῖται. Τὸ δὲ Πρασίνου μέρος ἐδόκουν τὸ τῆς λεγομένης Ἀμπέλου (τοῦτο γὰρ ἐπὶ τούτου τοῦ βασιλικοῦ αὐλίου) τὸν τόπον ἐπωνόμασαν, ἐφ' οὗ βασιλεὺς ταῖς ἐπιδόσεσι χρώμενος ἱππικαῖς, ἢ ἐφ' Ἱππόδρομον δίφρου ἀντιλαμβάνεται· ἰδίᾳ γὰρ αἱ ἕδραι τούτου τοῦ τοπαρχίου ἢ ζῶνη. *Eo dic faſtiones de loco ſtationis litigarunt. Nam cum Praſini in Ampelio (quod eſt Regiæ veſtibulum) ſtationem habere, ibique Auguſtam ſolitis plauſibus excipere vellent, repugnabat Veturinum pars, cui iſtuc laſcivum & peregrinum videbatur*. Hæc ille lib. 8. ca. 55.

Edit. Pariſ. pag. 40.

Εἰς τὸ ταυρίδιον ἐκεῖ τὸ Σαξιμοδίζιον.) At qui celebrabatur iſtud Σαξιμοδίζιον, ut perficiendo locus Eccleſiæ foret neceſſarius? Vocabulum obſcurum & difficile paucis enodat Leo Grammaticus in Theophilo. Φασὶν (forſan φασὶ) ὑφ' ἡμῶν τὸ Σαξιμοδίζιον λεγόμενον, ἢ ἴππων ἀμφοτέρων ἢ μερῶν διηκριβωμένων μὴ χωρὶς ἀγωνισμάτων: *Phaſin*, *ad quam ſi Saxilmodeximum vulgo vocatum: equis utriuſque partis aureis ephippiorum ſtragulis inſtratis toto ejus ſpatio deducti*. Partem itaque in Circo decertaturæ, vel præcedentem Imperatorem (facta tuppliciter ſo Hiſtoricis decantata τριπλοῦν ſive τριπλοῦν, hoc eſt cum ſolemni pompa, proceſſu) comitaturæ in Saxilmodeximo tectos aureis ſtragulis equos oſtentabant, & eo digreſſæ capeſſebant viam. Locus forſan ita dictus, quod eſſet ὁ τοῦ ἅρματος ἢ ἡνιόχου. *partium populi imp. excepturarum introductio*.

Καὶ ἡ φιάλη κτίσμα.) Machina, qua e ſtatuis marmoreis, metallicis ſiſtulis, vel apertis tubis profundebatur, ſpargitur, in altum evibratur, ac tum oculorum cupidine ſatiata, ad concurrentis populi ſublevandam ſitim & extinguendos ardores ſervatur, & ultro liberaliter aqua exhibetur. φιάλη eſt quaſi *Phiala*, limphis exhibendis vas idoneum. Hujuſmodi Phiali, ædes publicæ, templa, nec non palatia ſemper abundare exquiſiverunt: de quibus Euchologica, & doctiſſimus Allatius.

Εἰς τὸ Πετρεῖον ἐκκλησίαν.) Ad deſtructam eompenſandam. Πετρεῖον ſæpius in hoc opere nuncupatur.

Στρατηγὸς τῆς Ἀνατολῆς.) Comes Orientis eſt, de quo Notitia Imperii.

Στρατηγὸς τῆς Ἑλλάδος.) Proconſul Achajæ eſt, ſive Græciæ, Illyrici Præfecto quondam ſubiectus. Notitia Imperii, & in eam Pancirollus cap. 103.

Ἀντῖρα.) *Baptiſterium* magnæ Eccleſiæ, alias λουτήρ, κολυμβήθρα, *lavacrum* dictum.

Βουὶν) *Mentem*, locum Conſtantinopolit ita vocatum: Vaurum ſcribit Paulus Diaconus, Xilander *Bovem*, ſed ignare: quamvis βοῦιον in neutro modernis *carnem bubulam* ſonet.

Pag. 350. Λαζοὶ.) Colchidis regionis.

Καταλογὴν ταξεώτων ἔθνων.) *Taxationem* Jureconſulti interpretantur: ſed alia eſt hic vocis interpretatio, inquit Meurſius. Certe, ſubdit ille, Xilander non ſatis bene *legatum*: debuerat potius *præſidium* ponere: (tuendo nimirum ipſi Joanni conceſſum ταξεώτων ἔθνων) Sic apud Conſt. de Adminiſt. Imp. κατοικοῦσι τοὺς Αβιμελὲχ, ἐπεστράτευσαν οἱ Ἄραβες τῇ Ἀφρικῇ, καὶ τὴν τοῦ παράλιον, ἢ ἐν ᾗ αἰσὶν στρατοῦ ταξεώτων ἐν αὐτῇ κατέστησαν. *Regnante Abimeleth in Africam Arabes irruperunt, & obtinuerunt: & e proprio exercitu conſtituerunt in ea præſidium*.

Φοιτητικὴ ἀνταλλαγὴ.) Interpretor. *Juxta militiæ leges exercitum vitaſque omnes admovet*.

Ἀργυράριον τῆς Καππαδοκίας.) Erant in exercitu Romanorum navales turmæ ſicut & terreſtres, proprio Provinciarum nomine dictæ. Nominatiſſima fuit Cibyrrhæotarum a Cibyrrha ſive Cibyra Cariæ urbe magna Straboni l. 13. vocata, cui Præfectus ἀργυράριος dictus imperabat, Ἀργύρου autem totius claſſis erat pars tertia, vel quarta: ἀργυράριοι, hujuſmodi *militum globi* ductor. Hinc ſicut Δεκάρχης, ſcribit Mauricius l. 5. Strategicorum μέρος τι τῶν τοῦ στρατοῦ συγκειμένου ἀδρόγμα. *Pars eſt, & aciei ex tribus partibus conflata*: Drungarios totidem fuiſſe ſequitur. Leo in Naumachicis τῶν ἀπὸ θεμάτων πλοίμων στρατηγὸν ἀργυράριον ἐκπαλάντα τοῦτ' ἔστι δοῦκα χιλίων: *Aliorum claſſis Thematum ducem Drungarii ſuperioribus temporibus nuncupati ſunt*. Theophanes τὸν τῆς Κιβυρραιωτῶν memorat το Copronymo.

Ἐν Σαγῇ) In loco *Galata* nunc dicto, de quo Stephanus. *Sycæ*, inquit, *eſt civitas e regione novæ Romæ*. Idem habet Socrates lib. 11. cap 30.

Μουκράτωρος.) Hic Drungario opponitur, qui ſolus aciei imperat.

Pag. 351. Τὸν ἀπὸ Χαζάρων Χαγάνον.) Chazari, populi ſunt juxta Danubium & Patzinacas, quorum princeps, *Chaganas*, & *Ptch* appellatur. Conſtantinus de adminiſt. Imper. cap. 42. ὁ γὰρ Χαζάρων ἀρχηγὸς ἢ Πίχ Χαζαρίας. &c.

Τὰ στόμια τοῦ Δανάβεως, καὶ τοῦ Δνείστρου.) *Oſtia* fluminum iſtorum ſunt *ſcutæ* non *ſveta*.

Ἀντικυρίδα.) Urbem in Parnaſſo juxta Delphos Stephanus.

Pag. 352. Ἄχρις ἀποτέλεσιν τὸ τοῦτου ἔπαθλον.) Fitia & dimiſſio cujuſcumque operis, & maxime celebritatis ἄπαθλον eſt: βοῦιον autem hic *laurea* eſt, victori certaminis data. *Ad complirum* igitur *primum aſque certamen*, Leontii & Apſimari colla pedibus calcabat Juſtinianus. Indignum porro, qui purpuram tulerant, tulerunt deinde ſupplicium in Circo, in quo non adeo dilata ignominia, necdum editis ſpectaculis, multatos quondam ſervos legimus apud Livium lib. 2. *Servum quidam paterfamilias nondum commiſſo ſpectaculo, ſub furca cæſum medio egerat Circo*: apud Ciceronem de divin. 2. *Servari per Circum cum virgis cædretur*: apud Lactantium lib. 5. c. 7. *Autronius Maximus diverberatum ſervum ſub furca medio Circo ad ſupplicium egerat*. Ad βοῦιον redeo. Leo icon anonymum Bibl. Reg. vocabulum ταβλίον exponit τὸ ὑπὲρ τιμῆς δεδόμενον *quod honoris cauſa datur brabium*. Sane τρόπαιον βοῦιον non longe ab eo diſtat.

Ξυλίνων σκιάδων.) *Verua* vel *palos* apcius quam *ſubliciis* interpretabere. Heſychius quaſi Scholiaſtes. σκόλοψ οἱ ἔντονοι, παρὰ γὰρ τοὺς πασσαλοὺς ἐπιτηδείως ἀπεκάλουν ὁμοίους ξύλοις ἐφ' οἷς ἀνέχει τὸ ἄκρον τῆς ὀπτήσεως ἐχθύος ἐπὶ ὀβελίσκου. *Sarſinenſes in palo quaſi aſſationem. Nam antiquitus maleficos ſudi infigebant, acuto ligno penetrantes ſpinam & dorſum, ſicuti aſſos in verubus piſces*.

Pag. 353. Δαμητρέως.) Bithyniæ urbem: de qua iterum Auctor in Mononucho pag. 643.

Παραπορτίῳ.) Παραπόρτιον ſcripſit Auctor pag. 115. *poſticum* videlicet, ſive *minorem* ad majoris alterius latus, *portam*. Sic τριπυλίσκιον eſt *minor Eccleſia* ſive *Capella* ad majorem ſita: παραλίμπιον *minus Monaſterium* juxta majus, & ab eo dependens.

Pag. 354. Δικὴ τοῦ Φιλέα.) Locum, non hominem hic interpretari, ipſa dictionis conſtructio poſtulat: Eſt autem ad latus urbis Regiæ oppidum inter ipſam, & Ponti Euxini fauces medium.

Εἰς τὸ ἀμφιτήριον τῆς Πρασίνου.) *Oratorium Praſinorum* ſcribit Paulus Diacnnus. Apcius ἀμφιτήριον Theophanes. Locum videlicet in Circo, quo veſtibus & armis Praſini decerraturi ſe adornabant; ἀμφιτῶνα a ſimendis ibidem armis vocat Cedrenus.

Πρωτοσεκρήτης.) Paulus Diaconus interpretatur. *Primum a ſecretis*. Codinus to Orig. Conſtantin. ἐπιτελεῖται ἀμανουένσις inſticutum refert, Idem rurſum et Juris dicendi poteſtatem ſupremam aſſignat de Off. cap. 5. τὸ τοῦ Πρωτασηκρήτα (ſic enim ſcribit) ὑποκείμενα δίκαι καὶ αἱ αὐτοῦ θεώμενοι. πλὴν τοῦτο γὰρ ἀπὸ Σεκρήτου λέγεται (alia lectio apud Meurſium habet ἀπὸ κρατῶν) δεῖ δὲ ὅτε συγκάθηται μετ' αὐτοῦ βασιλικὴ ἀρχὴ καὶ ὅταν ἀντιγράφει ταῦτα. *Primi a Secretis munus in ipſo vocabulo innotuit. Eſt enim primus in Secretis, id eſt judicum conſeſſa. Interdumque decreto Imperatoris, etiam alii honoratiores ipſi, cum eo judicant*.

Καστησίων.) *Tabella* e qua Pontificis inſtitu-

tio a Conſecrante legitur. Euchologium.

Η θεία χάρις &c.) Verba quæ inſtituendo, eadem in aliam iidem transferendo Pontifici apud Græcos deleriant. Ibidem.

Λίαν δὲ ὁ Ἰσαυρὸς ἡμῖν ἀνατολικὸς ἐφαντάζετο.) Nuper φαντάζειν οἱ τὰ καθαρσικὰ dictus, primo σπαθάριος, ὁ αὐτοκρατορικὸς ἱππεύς.

Pag. 356. Ἀπὸ τῶν Ἱερείων μέχρι τῶν τέλεων.) A Propontidos ſupra urbem ſaucibus Ἱερὸν, Straboni lib. 7. & ἱερὸν ὄρος dictis, ſex milliarium ſpatio ad ipſam uſque Urbem.

Πρωτοσπαθάριον.) Codinus de Off. Curiæ Conſt. cap. 5. τὸ παλαιὸν ἐφόρει ἡ σπαθάριος παραμηρίδιον. *olim primus inter Spatharios ſatellites, ſtationarios* enſem Imperatori acciogebat.

Ὀνομαγόλο.) *Aſini genam habentis.* Im vulgaris fert dictio. *1 dit. Paris. pag. 43.*

Pag. 356. Ἐκ τῶν ἀκρωρείων.) Non *montem aut promontorium*, ſed *flexuoſos & retortos ſinus* hæc indicat.

Pag. 357. Ἐν τῷ τρικλίνῳ τὸ Αὐγουσταῖον.) Triclinium hoc, ubi Mauritii & Conſtantinæ nuptias referre celebratas, depingit Simocatta cap. 10. lib. 1. μεγάλου δεήσαντος τὸν αὐτὸν τῇ μητρὶ ἡμῶν βασιλικὸν οἶκον (Αὐγουσταῖον δ' ἄρα ὀνομάζεται.) *magnum thalamum juxta regiæ ampliſſimam aulam (cui Auguſtali nomen eſt.)* Αὐγουσταῖον vocat Euchologium in coronatione Imperatricis.

Εἰς τὸν μέγαν βασιλέα.) Reſpecta minoris, de utroque Euchologium.

Ἐν τῷ Τριβουνικίῳ) Interpres, *pro tribunali*. Erat vocis ad Latinam alluſione male ductus. *Tribunal* enim Palatium erat auguſtiſſimum. Favet, & Cedrenum explicat Himerius. ἐν τῷ παλατίῳ τῷ Τριβουνικίῳ Εὐδοκίας γαμικὰς Θεοδοσίῳ τῷ ἐγγόνῳ Θεοδοσίου. *In palatio Tribunalio Eudociæ uxoris Theodoſii, alterius Theodoſii nepotis.* Dicebatur idem novemdecim Accubitoram de quo pag. 242.

Pag. 358. Πρόκωπον.) *Domus regia majorem* apud Gregorium Turonenſem, apud Paulum Æmilium *Magiſtrum militum* dictum reperies: cui parem non officio, ſed nomine, Græci habuerunt ῥαιάτωρα, Rectorem domus vocat Luitprandus cap. ultimo Hiſtor.

Pag. 456. *Τὴν νύκτα.*) Legendam, me judice, *Πολυτέκνου*, circa quam Oryphas in hoſtes irruerat, & in qua clade accepta fuerant diſperſi. Vanum eſt autem quicquid hic conjicit Xilander.

P. 457. *Πρωτοβεστιάριος.*) Rei veſtiariæ præ reliquis hic præerat. Meurſius de illo clare, docte, ſuſe V. Beſuſius.

P. 458. *Πρώνοι ἢ ἐπιτηδείων.*) Qui *Πρωτοπρώνοι* de quo alibi.

Βεστιαρίου ἄρχοντα.) Uno vocabulo ἐπαυρίχιον vocat Codinus *Confœderatorum ducem*, de quo jam abunde ſuperius.

Τῶν ἀρχοντοπούλων.) Michaelis & Gabrielis cæleſtis exercitus ducum, a Græcis ſimul præcipua veneratione cultorum.

P. 460 Δομεστίου.) Cujus templum ἐξώκιστρα, extra urbem fuiſſe oſtendit Euchologium.

Αἱ κοσμήτειραι συνδυασμοὶ πολλαπλαῖ.) Vide ſuperius dicta Notis pag. 441.

Τῷ ἐπὶ τραπέζῃ τοῦ ἐπίσης αὐλαμάτι.) Σπαθάριοι ſatellites ſunt; ar Spatha armati: qui præeſt σπαθοκουβουκλείῳ, qui etiam Imperatorem enſe accingebat.

Pag. 461. Καὶ τοῖς ἐμβόλοις τοῦ Δομνίνου) Corrige. *Et in Domini porticibus*

Εἰ χρείαν τῆς δοξολογοῦντων:) *Ad neceſſitates* non *deſorum*, ut Xilandro placet, ſed eorum *qui laudes divinas perſolverent.*

Pag. 462. Ὁ Γενικὸς.) Iotelligo λογοθέτης.

P. 463. Τοῦ πολετείας μαγίστρου.) Pierique Magiſtri nomine paſſim inhac hiſtoria inſignitis, an Officiorum vel Militiæ, &c. ubi vox occurrit, veniat intelligendus, poteſt oriri diſcrimen. At ſane cum viginti quatuor, poſterioribus ſæculis hac dignitate conſpicuos fuiſſe referat Luitprandus alibi memoratus, πολετείας μαγίστρους ab Auctore vocatos, Regii conſiliorii & ſecrerioris conſilii aſſeſſores conjiciendos ſemper ſum ratus. Qui conjectura non placebit, is ſi poteſt, Auctoris verba in alium ſenſum retorquebit, ſicut hæc alia Conſtantini de Adm. Imp. cap. 52. Λέων ὁ βασιλεὺς φιλοτιμώτερον τῶν ἀφῆς τοῦ μαγίστρου ἢ πατρικίου ἢ ὑπάτου συγκλητικοῦ ἐβασίμωσε, quibus dignitarem communem, & Remp. ſuis conſiliis juvantem, qualis erat Patricia & Senatoria, Magiſteriam fuiſſe manifeſtat.

Ἐξαυτὸν ἀπῴκισαν.) Εξαυτὸν Suidæ, Græciſque modernis eſt Ceoſor & Exactor: juxta Blaſtarem, is qui terras & agros inter vicinos poſſeſſores ex æquo dividit, quique tributi principi pendendi perpenſis uniuſcujuſque divitiis & poſſeſſionibus menſuram præfigit. *Peræquatorem veſtigalium in urbe Regia* vocat Caſſiodorius Varia. lib. 6. Formula. 6. Ἀπῴκισαν vero oulli hujuſmodi ſubjectus eſt Exactori, vel Peræquatori.

P. 465. Κατὰ τόδε δὲ Στέφανον Σιγιλλιωμένῳ τὸ ἐξῆς.) Hallucinatur Xilander ſive Interpres, ſi ve Scholiaſtes. Biſariam errans emendatur. Ut interpres hoc pacto. *E veſtigio in ejus locum Leo fratrem ſuum Stephanum Patriarcham deſignat, ac promovet, quem, quia tum Epiſcopus Heracleæ non numerabatur inter vivos, Theophanes Cæſaream primatialis antiquæ, vel præcellentioris ſedis Antiſtes, ac idro primas inter alios obtinens ordinavit, & conſecravit.* Scholiaſtis errorem veritas reſellit, quæ Imperatoris Patriarcham deſignandi jus ubique attribuit, referv ata Heracleenſi Epiſcopo, quod ei primitus fuiſſet ſu bjecta CP. ſedes, cum conſecrandi auctoritate, lo cujus locum eo mortuo Cæſarienſis diœceſis πρωτόθρονος, ad hoc munus ſuffectus eſt. Qui enim antiquitus ante Patriarchatum erectum ἐξάρχαι erant, & Primates; ii nunc πρωτόθρονοι.

Pag. 466. Ἀπὸ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν.) A patre Baſilio in Palatio in honorem D. Nicolai extructæ, ac ubertim dotatæ, de qua pag. 461.

Λεγόμενον ὁ Λογγιβαρδίας Δεῦρο.) Bene quadrant hic Conſtantini de Adm. Imp. cap. 27. verba. Ἐστὶν δὲ νῦν πᾶσι πολλαπλῆ χώρα κατοικουμένη, ἐπάνω ἐξαίρετα τῆς Ἰταλίας, ἥτις Νεάπολις, ἡ Καπύη ἡ Βενεβέντος, τό τε Σαλέρνον, ἔτι Ἀμάλφη, ἡ Γαίτη, καὶ πάσα ἡ Λογγιβαρδία, (ſic ſcribit Ille) πᾶσα ἡ Ῥωμανία δουλεύει. *Antiquis temporibus omnis Italiæ ditio, Neapolis, Capua, Beneventum, Salernum, Amalphis, Cajeta & univerſa Longobardia tenebatur a Romanis Iapp.* Hæc itaque Longobardia noo Inſubrium, ſed Campanorum & Apulorum fuit regio, de qua alibi, cujus Dux iſte Angzoo privatus princeps. Etenim noo niſi ævo ſequente, a Normaonis tota Italia Græci peoitus fuerunt ejecti: Γαμβρὸς etiam non *generum* modo ſed & affinem quemcumque ex parte uxoris ſignificat.

Τῶν ἐπὶ τῆς τραπέζης.) Tres Imperatoris meo ſæproxime ſerviſſe maoſeſtat Codinus cap. 7. nu. 2. quorum hic, ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης, tertius eſt. παρὰ τοῦτον ἦσαν δύο μάγιστροι Δομέστικοι ἑστηκότι τῷ βασιλεῖ, μετὰ τοῦτον, ὁ ἐπὶ τραπέζης Δομέστικος, καὶ μετ' αὐτὸν, ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης. *Stat magnus Domeſticus proximus Imperatori*; (honoris gratia,) *poſt eum Domeſticus menſæ*, (cibos diviſurus) *poſt iſtum Præfectus menſæ* (eoſdem menſæ appoſiturus) Nu. 33. τὸ δὲ τρίτον Πανιγυρίστην, ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης λεγόμενος, ἐπειτα τίθεται τῆς τραπέζης. *Porro præfectus menſæ acceptum Panagiarium menſæ imponit.* Hoc *Dapiferi* officio Ruſſorum dux, ſi fidem mereatur Nicephorus Gregoras lib. 7 a Conſtantino ſuit ornatus. ὁ δὲ Ῥωσσῶν ἡγεμὼν τὸν τρίτον ἐπ' ἀξίωμα τὸ ἐπὶ τῆς τραπέζης παρὰ τὸ μεγάλου κανικλείου Κωνσταντίου.

Edit. Pariſ. pag. 51.

Pag 467. Τιμᾷ τὸν ἑαυτοῦ πατέρα Βασιλειοπάτορα, ἀντὶ τοῦ ἀξίωμα ἐμ πρώτοις.) Nomen illud dudum julio & Tatiano benevolis ſibi fratribus impoſuerat Marcianus τὸν τοῦτο ἐκ Θεοῦ γένεσθαι πατέρα ὑμᾶς ἀναμιμνήσκω Et paulo infra, Τατιανὸν καὶ Ἰούλιον μετεπωνόμασεν πατέρα αὐτὸν ἀναμιμνήσκω. Verum benevolentiæ gratitudinique erga fratres, non muneris & dignitatis illis, velut Zautzæ, ſuit appellatio.

Τέρκοι τε καὶ Οὔγγροι.) Turcor bic cum Ungaris confundit Interpres, quos Auctor particula conjunctiva, καί, prodit diverſos. Eos autem intelige Scythas Chazaris vicinos, quoruoi contribules Monomacho regnante Perſi am ſibi ſubjecerunt. Auctor de illis fuſe, nec non Conſtantinus de Adm. Imp. c. 38.

Τὸν Κοπάτορα.) De eo proot ultimis temporis officium adminiſtrabat Jus Græcoromanum parte 2. latiſſime.

Κωνσταντινάκιον.) Conſtantini ὑποκορισμὸν, quod Latinis Conſtantinulus.

P. 469. Ἐπίκτητον.) Qui alio nomine ἐξωτικὸς, de quo Auctor pag. 348. c. & nos ibidem. Zonaras ſcribit τὸν αὐτὸν, Leo ἑτοῦτον: uterque mendoſe.

Πρωτοστάτην.) Παρακοιμωμένων τὸ κατώτατον ſacri Cubiculi cuſtodum, ſcribit Codinus.

Ἐπὶ διανομῇ τῶν ἐλεῶν.) Xilander. *Ut juxta perſolverentur.* Emendaie. *Ut elemoſynas a Zoe amita teſtamenta relictas pauperibus diſtribueret.* Ἐλεῶν enim eleemoſyna eſt, & quodcumque pietaris opus pro anima curanda ſuſceptum. Vox quoque διανομὴς ignarum quemvis erudit.

Ὁ Μυστικὸς.) Meurſius civilem magiſtratum interpretatur, *Senatorem* nimirum *ſecretioris conſilii*, Junius *Secretarium*: mihi neuter arriden, licet ab eis ex integro non diſſideam. Longius autem a Senatorio eſt Μυστικὴ munus, cen militare, & militaribus aliis a Codino cap. 2. aonumeratum, iſque non niſi militiæ impenditur, ceu *Mυστικὸς τῆς χοάνης militiæ Scholarumque Myſticus*. Ejuſdem quoque veſtis c. 4. num. 33. uti Senatore dignum refert, & ſi ſanctio ab eodem Codino quæratur, ex nomine, luquit c. 5. n. 41. pateſcit. Uno verbo Μυστικὸς τῆς χοάνης eſt, qui ſecreta principis ad ſtipatorum exercituſq; Scholas deſert, qui quietem & ordinem indicit, qui Silentiarium vetuſtum inter modernas Scholas agit. Idem Juris Gr. l. 2. Manuelis Comneni Novella 3. & Alexii Comneni 2. Fiſci Regii ex parte una, & Eccleſiæ miniſtros ex altera de juribus ſuis diſſidentes conciliare jubetur. αἷς ἀκριβείαν ἐπιθεῖναι τῷ κατὰ τὴν ὑμῶν Μυστικὴν ἀρχὴν καὶ ὁμοῦ καὶ ἅπαν τὸ ὑμῶν πανοικεῖον: *perfectiſſima de ea re cognitione data Myſtico qui debet utraque adminiſtrare*, Regia nempe & Eccleſiaſtica jura; Si violeotius ex Eccleſiarum prædiis aliquid illi exegerint, παρὰ τὸ κατὰ τὴν ὁμῶν μεγαλειότητα τὸ Μυστικὸν κατεσχηκέναι τι τῶν ἐν χηρείαις τινὶ ἢ ὑφ' ὑμᾶς κτίσιν βίαιόν τι ἐπιτεθειμένους αὐτῷ: *Ab eminentiſſimo temporis illius Myſtico, illatum alicui veſtrorum prædiorum damnum coacti reſarcire tenebuntur.*

Κλυτόρια.) Que ſint, habes expoſitum Notis pag. 304. in Juſtiniano.

Σεῖρα Ἄνθεα.) Filiam, qua præſente velut Auguſta, convivia de more celebrarentur.

P. 470. Τὸ Τετραώδιον τὸ μεγάλο σαββάτου.) Hymous quatuor Odis conſtans Sabbato magno cantandus, in Triodio libro totum quadrageſimæ officium continente, qualis ſit agnoicitur.

Κυρὶ Κυπριά.) Cofinas hic Majumenſis fuit Epiſcopus Damaſceni præceptor, & plurium ſacrorum Hymnorum auctor. Κυρὶ diminutive pro Κυρίου. Voa integra clarioribus, diminutiva Κυρὶ inferioribus, Κύρ humilibus conceditur.

Ἐξίου χίονα συχ ἐν μυτ' ἀυτῷ ἀτερμὶ.) Secundas leviore pœnitentia mulctant, tertias etiam graviori ſubjiciunt, quartas omnino reprobant ac damnant nuptias Græci. Eamobrem ad coronam Auguſtarum more ſuſcipiendam, Zoem hanc Carbonopſinam numquam admitti paſſa eſt Oricotalis Eccleſia.

Κὰτ τῇ Τριτόλη.) Syriæ.

Pag. 471. Ἀγκυλωτοὺς.) Magis arridet uncis vel ferris acutis pedes & ungulas perforaſſe, quam nervos equorum Samonam præcidiſſe. Fugam enim latere cupiebat, & vox ἀγκυλωτὸ a ſciſſione eſt aliena.

Ὀπτικὴ κάθαρσις.) Ab iis qui, ut præmiſimus, quartas Leonis nuptias omnino illicitas cenſuerunt.

P. 472. Διάκτετο δὲ τὸ Μυστικὸν.) Cubiculum ad latus altaris, in quo feſtis a labore Cantoribus menſa frugalis panis ſcilicet & vinum apponebatur. A *Muſa* iſtiuſmodi Μυστικὸν ſive Μυστικὸμ cum eruditiſſimo Allatio legendum putamus in Euchologii notis. Ad eum porro locum ceu ſacris excluſus & excommunicatus a Patriarcha habitus, ne inri ſuo renunciaret, aut oppoſitum ſectientes offenderet, preces factionis & ſacris utcumque interfuturus ſecedebat Imperator.

Ἀπὸ τῶ Πρατωνίου.) Quo rei in carceribus, nec non Saraceni ob prophanam religionem detinebantur: ut jam jam narrabit Auctor.

P. 474. Ἐκκλὴ καθολικὴ.) Quam Latina Eccleſia *Sæcularem* vocat.

P. 475. Πιττάκιον.) *Charta*, *Schedula*, maxime ex pelle charthacea, ſive pergameno.

Τὸν αὐτὸν τοιοῦτον φονεύσαντα.) Quam Lucius Verus apud Herodianum, Julianus apud Marcellinum, Tiberius apud Simocattam, apud alios alii Imperatores letho proximi legunt habuiſſe.

Σιωπὴν γενομένου.) Non *edicto*, vel *ſilentio*, ſed *conſilio*, ponendum arbitror ut alibi quoque.

P. 476. Κληρικὸν.) Eccleſiæ magnæ vel cujuſcumque Metropoleos Clero adſcriptus, & Eccleſiaſtica dignitate vel officio inſignitus, eſt Κληρικὸς: a quo τὸ κληρικὸν ὄρκιον, apud Balſamonem in Epiſt. Baſilii ad Amphilochium.

Παίντορα.) *Reſtorem domus* hunc vocat Luitprandus lib. 5. cap. ult.

Στιχίον:) Poſitio ſtellarum vitæ cujuſcumque prædominans eſt στοιχεῖον: unde *fortunæ auctorem*, *ſortem*, *fatum*, *Genium ſpiritum nostrum* vel *benevolum*, vox ſignificat.

P. 477. Πρῶτος τῆς ἱερᾶς τῆς μεγάλης ἐκκλησίας.) Πρωτοπρὸς, qui & Πρωτοπαπᾶς, ſive τῆς ἱερᾶς ὁ πρῶτος Archipresbyter eſt, & in magna Eccleſia ad ſanctum ultaris tribunal (non ita ubique) ſecundas a Patriarcha obtinet. Codinus Euchologium.

P. 478. Ἐλατῶν τῆς ἑταιρείας. Remiges non plebejos aut tumultuario lectos intelligi non opinor, ut enim ἑταιρεῖαι, de quibus loquitur, *Conſideratorum* erant *ſelectæ turmæ*, ita & Remigum Dromonem Imperatoris agere conſuetorum: de quibus Conſtant. in Admi. Imp. cap. 55. Auctor infra pag. 482. οἱ ἔχει δεδομένα ἐναβίδια, καὶ ὑπαίνει τῆ βασιλικῆ ὁρύττου ἐντολῆν τριήρη. καὶ τὰ ἑξῆς.

Ἐν Χαλδίᾳ.) Armeniæ portio eſt Χαλδία verſus Syriam. Vox autem Xilandro falſa eſt, & obſcura.

Ἐπαρχῶν.) Vindicandis criminibus vacavit ultimis temporibus, unde & in Prætorio reorum ergaſtulo, domum ea officio de puratam habuit. Auctor plerisque locis.

Edit. Pariſ. pag. 52. Ἀνιστᾶται Χρυσοτόλα Δαμάλεως.) Locus ita dictus, κατὰ τὸν ἀντικρὺ μέρος τῆ τότε λεγομένου Κιόνου Δάμαλις *A ſtatua lapidea bucula in columna*, trans Boſphorum Thraciæ, Cryſopoli. Auctor paulo infra pag. 484.

P. 479. Ἐπιβάτας.) *Mandyas*, Latinorum *Pallium*, cunctis veſtibus *ἐπιβάτιον*, a Xilandri *Cuculla* diverſum, ut patet ex Codino cap 6. num. 2.

Καὶ κατελθόντα, οἱ ἔξω, καλῶν ἐγκλω.) Officia miniſteriaque publica non ſine cœleſtibus auſpiciis, & Eccleſiæ votis ſuſcipiebant Græci. Unde Patricius ab Imperatrice renunciatus Conſtantius confeſtim, de more, precationem ad conſecrationis ſolitam ſuſceptarus in Eccleſiam pergit. Reperitur in Euchologio recens cuſo in Patricii ac Curopalatæ promotione.

P. 480. Ὁ Πρωτοστατὴς τῶ παλατίου. Habebat Imperator Clerum proprium in Palatio, in quo variæ erant Eccleſiæ, ut ſancti Stephani, Ducum cœleſtium, Eliſæi & aliorum; Cleri illius Præfectus erat Πρωτοστατὴς τῶ παλατίου. Recolenda Nota ſuperior ſeptima.

Τὸ Ἀγιάσμα. Agmiuls ita dicti. Auctor infra τὸ τελούμενον ἀγῶνα τῆ Ἀγιάσματος.

P. 483. Τῆ τρίτῃ τῶν Ταλαίων.) Ipſius Paſchalis hebdomadis feria tertia: Leo Grammaticus τῆ τρίτῃ τῆ Πάσχα τῆ λεγομένῃ τῶν Ταλαίων. Pari modo κυριακὴ τῶν Θωμᾶ, τὸ αὐτὸ, τῶν Σαμαρειτίδος, &c. vocant Dominicam qua Thomæ, Prodigi, Samaritanæ, &c. Evangelicas lectiones percurrunt.

Χρυσόβουλον.) *Diploma regium* ſive *regia litteræ ſactæ*, puniceo colore ſcriptæ, quibus cum aureo ſigillo, βούλλᾳ, Cæſareæ imaginis fieret impreſſio, Χρυσόβουλα nomen acceperunt. ἀφ' οὗπερ ἐξίδου χρυσᾶ ἀνάφαλα: dixit Auctor ſupra pag. 142. & 482.

P. 484. Ταξιάρχαι.) Qui Ταξιάρχοι, is & μεριάρχοι, ταγματάρχαι, & ut ſcribit Leo Conſtitut. 3. τοῦτ' ἐστὶ τριακόνταρχοι. Ac ut Conſtantinus Themat. 1. οἱ δὲ λεγόμενοι Ταξιάρχαι, οἱ ὑπαρχίαν ἤτοι τριακοντάρχιαν ἐπέχουσι. συμαίνει δὲ τὸ παλαιὸν ὄνομα, τὸν ἔχοντα ὑφ' ἑαυτὸν τριακόντας, τοξότας πεντηκοντάρχους, καὶ πελατικὰς τριακοντίας, καὶ ἑξακοσίους ἱππέας. *Turmarchæ* dicti, *in ſubſidium Ducis exercitus ſunt conſtituti. Hujuſcemodi vero dignitas indicat eum qui quingentis ſagittariis, totidemque peltaſtis, centum lanceariis imperat.*

Κουράτωρα τῆ Μεγάλου.) Ut Palatii & illius ærarii curam geraret, ſicut regiæ præcipuæ, Curopalates. Circa *machinas* & *baliſtas* negatur hic Scholiaſtes.

P. 485. Τὸν ἁγίασμα τῆ ἁγίου φωτὸς.) Cæcutit Xilander in lumine, & quo purget oculos collyrio opus eſt illi, ubi Purificationis diem interpretatur, qui ceu notiſſimus, Theophaniorum eſſe dignoſcitur.

P. 486. Τὸν Σακελλάριον.) Quem Theſauri præfectum & cuſtodem ſub Logothetæ diſpoſitione poſitum eaſtimo. Pancirollus in Notit. Imper. Ori. cap. 47. Lexicon anonymum Bibliothecæ Regiæ. Σακέλλιον, βαλάντιον.

Ἐκ τῶν εἰς ἑταιρικὴν, καὶ τῆ ταγματικὴν.) *Ex Conſideratorum & ſubditorum ordinibus.*

P. 487. Ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίας σοφίας.) Templo nimirum in illo, in cujus ſacratiore loculo ſanctiſſimæ Deiparæ veſtis & ſona, in Blachernis aſſervabantur.

Τὸ τοῦ Μεγαλαβίτου ἄξιον θαυμάσαι.) An non μεγαλαβίτου merebatur Xilander eaperiri, qui tam dure Cedrenum ἐμεγαλάβιωσε. At neſcivit, inquit. Is itaque Cornicularius & Clavicularius dicitur apud Pancirollum in Not. Imp. cap. 55. & eſt unius cohortis Principem ſtipantis Præpoſitus, & ad ejus nutum, ceu ſententiis reorum exequendis Præfectus, ſontes quoſque ab eo damnatos, eodem ſpectante, caſtigat. Eam Barbariatorum fuiſſe ſuo tempore Codinus refert, de quibus: κράνεται δὲ ἐπὶ ζώνης ἐπάνω τοῦτων πάντων, οἱ καλοῦσι μαγλαβίτα ſic ille ſcribit) ἔχει βαστούρια, ἤγουν ῥάβδους, μαστίζοντα τοὺς ἀξίους μαστίζεσθαι. *Et ad inſcientiſque reatis dependent lora, Manglabita dicta ſeu fuſtes, aut virgæ, ut plecti digni pœnis ſubdant.* Leo Grammaticus. ἀνατίλλει μαγλαβίτας (ita legit ille) τὸν Μαυροθεόδωρον ξίφει ἀνελεῖν τὸν μοναχόν. *Mauroth eodorum Exceptorem mittit Monachum gladio perempturum.* Turcæ a Græcis plura mutuati ad conſpectum Imperatoris præcurſorem habent μαγλαβίτην) *Bajurdi*, ſua lingua vocant) ad ejus nutum reum quemque ſupplicii extremis ſubjicere paratum. Ac princeps ipſe, regia depoſita, plebejaque aſſumpta veſte vicos circumit nonnumquam & anfractus viarum, ſi cuncta in pace, ordine, quiete compoſita ſint, explinaturus: ſin tumultuantes, rixantes, incompoſitos, ac Imperii juſſa ſpernentes cives

ves aut militiæ aſcriptos comperiat, a Manglabitis vaſa comitibus ac ſuppliciorum inſtrumentis jam prius inſtructis extemplo corripi jubet, ſimulque pœnis vel neci tradi, omiſſis judiciorum tardis ambagibus, imperat.

Pag. 488. Παρὰ τοιοῦτον.) Imperatoris amicus, qui nuntium conſiliis, & monitis Imperatori in adminiſtranda Repub fideliter aſſiſtit: quem nunc Imperii ſubadjuvam, & publici ſtatus adminiſtrum vocitare ſolemus. Is quoque in Palatio morabatur. Jam jam enim καταβαλεῖσθαι τὰ Παλατία, ex eo deturbari, ſimul tamen σὺν χαμάδαι αἰσχρῶς ἐξ ὑφώματος τὸν βασιλέα. ut ad Imperatorem veneraturus ac ſaluraturus accederet, poteſtatem accipere, conſpicietur.

Ὡραιόμυρον.) Veſtem B. Virginis ibi repoſitam *ſupra* expoſuimus in pag. 487.

P. 490. Σοδόμ.) *Simulachri, ſtatuæ.* Ei namque caput dejecit Imperator.

Βασιλικὸν οἰκητήριον.) Qui Eccleſiis in Palatio incluſis miniſtrabat. Vide dicta Nota pag. 480.

Μεσημβρία.) Ad confinia Thraciæ, & Æmi montis radices, juxta Anchialum ſita.

Ἀναβάθρα.) *Locum ubi e navibus exire ſolent*, ἀναβάθρα Xilander exponit: pag vero 488 *Extenſionis locum*. Falſo utrobique. Eſt enim *Tabulatum ligneum* ad inſtar domus in navis portu extructum, ibidem deſcriptum, quo etiam convivia nuptiaſque celebrare potuerint Romanorum & Bulgarorum principes. Ἀναβάθρα potius, ut frequenter ſcripſit Codinus, legerem; niſi me verſus Auctorem religio & repetita voluntas detineret, quia nihilominus idem ac ἀναβάθρα; indicaſſi percipio: *Tabulatum* videlicet portui terræque contiguum in quod e Dromone Romanus Imperator exiliret, Petrus autem Bulgariæ regulus e terra conſenderet, ac ambo de pace colloquuti placide conviverentur. Attendantur Auctoris verba pag. 488 citata, nec non & hæc Manuelem & Sultanum Turcarum Chryſopoli colloquuturos deſcribentia apud Phrantzis interpretem. *Ibi tentorium ſive tabernaculum ſibi paratum conceſſit. Imperator cum filiis in teſtemibus edebant ac bibebant, & inter ſe, ipſe & Amuras pariter mittebant.*

P. 492. Κομιτόλια καλῶ οἰκοδομαί.) Κομιτόλια vocant Architecti Græci totam Epiſtelii compagem ex coronide, zophoro, & ei ſubjecta trabe coagmentatam. *cornice, fritze, & architrave*, quod columnarum ædificium κοσμεῖ ornat, ſic dictam. Germanus in Myſtagogia κιγκλίσι περίβολοι, ſive κιονίσι cancellis & columnis populum ab altare ſejungentibus κομιτόλια imponit. Conſtantinus de Adm. Imp. idem exequitur. Ταῦτα δὲ ἐκ τοῦ τόπου κείμενα ἔχουσι τινὰ ἐξοχὴν ὑπεράνω ἐπὶ τοῦ κομιτολίου. *Sunt etiam in hac urbe columnæ plures, integris Epiſtellis ſuperne ornatæ.*

P. 493. Ἀμα δὲ τῇ ἡμέρᾳ τοιούτῳ.) Annam nuptam ſimul, & Imperialis honoris conſortem renunciatam indicat Auctor. Nuptiarumque coronas de quibus Notis pag. 368. ſicut & Imperii, uno die ſuſcepiſſe.

P. 494. Πρὸς τὸν μέγα Φραγγίας Ὀλίγαν.) Quem τοποτηρητὴν nominat Conſtantinus de Adm. Imp. c. 26. Patrem habuit Adelbertum, matrem Bertam, avum Lotharium Ludovici Pii filium Magnæ Franciæ rex, ut verbis Conſtantini utar, noſquam fuit, ſed Comes Provinciæ ſive Arelatenſis: ab Italis vocatus, ejecto Rodulpho, Italiæ regnum obtinuit: unde Ρὴξ Φραγγίας a Græcis appellari meruit: filiam Bertam ex concubina genitam, Sigefredo Parmenſi Epiſcopo ſponſa duce, jungendam Romano Conſtantini Porphyrogeniti filio Conſtantinopolim miſit, ac Euloxiæ nomine in ſacris audivit inſignitam.

Edit. Pariſ. pag. 53.

Δῶμα.) Prominentes, tectorum, tabulatorum, petrarumque ea ædificiis facies, ſuggrundæ & coronæ parietis, ſunt δῶμα, ut qui populum proſpiciant.

Βαδρα.) Diximus Noris pag. 349. eſſe ſuggeſta ſedeſque lapideas partibus Imperatorem excepturis, ipſiſque excipiendis, juxta Palatium diſpoſitas.

Στυλίδια.) Columellæ ſunt ordine diſpoſitæ, ac ſuperpoſito longiori epiſtelio junctæ, circumjecti clatri, circumdata ſepta & repagula, ſive Cancelli humiliores, ſpatio ſuo interiore receptos a circumſtante vel irruente turba propugnantes. Germanus in *Cedren.* Myſtagogia non longe ab exordio τὰ κάτω, ὅτι τὰ τοῦδε ἐξοχοξύστα τὸ βῆμα ἀπὸ τὰ κοσμοῦσι, ἐ παγκελλα. *Columellæ, ſive Thoracet, id eſt ſepta & repagula, ſacrum penetrale a reliquo templo ſeparantes, & cancelli.* Hiſtribus verbis expoſitis, plana eſt mens hujus ſententiæ. Ἐγένετο δὲ ἀφ' ἁγίου πνεύματος μέγα Δεκεμβρίῳ, ᾗ κατέπεσόντα οἱ λεγόμενοι δόμοι, συνετρόμησε τὰ κάτωθεν αὐτῶν διὰ τὸ σεῖσαι, καὶ τὰ σύδαι. *Menſe Decembri violenti ventorum flatus exorti ſunt, quorum impetu ſuggrundæ tecti & parietum decidentes & lapſæ ſuggeſta ſedeſque ſibi ſubjectas, nec non & repagula concutiuerunt, & contriverunt.* Xilander quaſi e Scena riſum facturus. *Menſe Decembri violentus ventus exiſtit*, inquit: *& corruentes qui vocantur domi, contriverunt earum quæ infra erant pectora atque pedes.*

P. 495 Πρώτου.) Helleſponti ad CP. inſulam.

P. 497. Πανάγιαν τάφον.) Alia pariter Helleſponti inſula.

Τερμίδιον.) In eadem Propontide.

Pag. 499 Τοῦ Ἰωάννου τοῦ βασιλέως.) Ab Ochone Imp. ſcribit Curopalates, cui veritas hiſtoriæ ſubſcribit.

Καβαλικεύσασθαι τοῖς χεροὶ τὸ σημαντῆριον τῆς ἐκκλησίας, ἵνα αὐτοὶ τοὺς ἐνοίκους ὑμνήσωσι.) Nullam σημαντήριον ſignificationem agnovit Xilander, cum tamen ſignis clariſſime perſonet. Eſt enim *Crotalum*, lignum oblongius quadrum, modice tenue, malleolo quatiendum, ut excitato ſono a Sacerdote fidelibus in Eccleſiam veniendi ſignum detur. Eſt etiam *ſemantrum* ferrea lamina bacillo ferreo ad fores Eccleſiæ in expoſitum ſiuem verberanda, de qua ſicut & de ſignis e ligno, docte, ut ſolet, Allatius lib. de recentioribus Græcorum templis. Hoc itaque, ſive ligneo, ſeu potuit Eccleſiæ ferreo æreove *ſigno manibus arreptis, ut αὐτοὶ τοὺς ἐνοίκους ὑμνήσωσι. ingreſſos in eam (Eccleſiam) Saracenos invadebat, propulſabat, & debellabat ſtrenuus ille Sacerdos.*

Εἰ μὴ ἴσως συγχωρηθέντα.) Xilander. *Cum admiſſionem non impetraret.* Verius. *Cum ut ſibi faciuni condonaretur non perfuaſit*, id eſt impetravit.

Ὁ Χαβδᾶς.) Barrhœæ Ameras.

Τῆς Χαλυτ.) Berrhœa Syriæ, hodie *Alep.*

P. 500. Κάστρα δὲ ἐκεῖνα.) Vidit in Lexico Xilander *κάστρα*, *arcæ metam & pinorum fructum* ſignificare, palearum *metam* ſibi elegit, pinorum vero fructus permiſit inſcius Theophylacti equis.

Θάσια.) Alias λεπτοκάρυα Nuces Ponticæ, ſeu avellanæ.

P. 501. Δημήτριον τὸν ἐκκλησίαρχον.) Præterit hunc Officialem eatalogus Codini: geminam Domeſticum noſter exhibet τὸν δεξιὸν καὶ τὸν Διονύσιον χαρτοφύλακα, Primicerium videlicet *dextri finiſtrique Chori cantorem* quibus alius τὸν Ψάλτην Δημήτριον præponitur, omnibus φωτοφόλαξ. Euchologium.

Ὁ αὐτὸς Ἡρακλείας φησί.) Legantur ſcripta Notis pag. 465.

Τὸν ὑπολοιπὸν Ῥωμαίων.) Græci, Romani Imperii ſucceſſores *Ῥωμαίους Romanos*, ſe uſque in hodiernum diem jactitaverunt. Veros autem *Romanos*, id eſt Latinos, Cedreni voce *ὑπολοίπους Ῥωμαίους* appellant.

Ἰωάννου Ἀλεξίου υἱός.) Nominis iſtius duodecimus.

Ὀλίγον τῶν τινὰ τῶν ἡγουμένων γινόμενον.) De quarum nuptiarum jure videnda Nota pag. 470. cum ſeqq. & Arcadius lib. 7. Concordiæ.

Pag. 503. Ἐκδιδῶσι τοῦτο τὸ χρῖσμα, ἢ ἔλαιον τοῦτο ἁγίασμα λαβεῖν.) Manu ſacerdotis longa precum ſerie præmiſſa conſecrantur apud Græcos Monachi, de quibus Euchologium. Preces illæ ſolemnem reddunt Monachorum profeſſionem. Balſamon.

Σταυρώματα τοῦ παλατίου.) Palis nimirum in terram fixis, & clavis lignis ad invicem tenaciſſime junctis, *ſaepibus* namque *palus* eſt. Heſychius. σταυροὶ κατασκευάσματα ξύλινα, κάρκινοι, ἢ φάτνη τὰ ἑστῶτα ξύλα, ἀπὸ τὰ ἑστάναι σταυροί, ἢ ὅτι τοῦ οἴκου ἕνεκεν. σταυροὶ, *defixi ſtipites ſunt, valla, & omnia ligna erecta ſtantia, ab eo quod ſteni* σταυροὶ, *vel quod ad*

aurum conflit aut. Euſtathius. σκάπτον, ὁρμὴ, βύλα ἢ ὄξυ, ἀ ἐ σκαφὶς ἐπάλουν. *Scalopes rectæ ligna & acuta, quæ & ſcapis vocabant*.

P. 505. Ἐκφαγῶν.) Neſandum Monachis Græcis facinus, etiam ægrotis.

P. 506. Τὸν κομητοπαλατ.) Dictio πάλος, vernacole πάλος. alteri adjecta *filium* ſimul & diminutivum quid ſonat, ſic Ἀρχοντόπαλος *filium nobilis*, βασιλόπαλος, *regis filium*, *regulum*, & tandem κομητόπαλος *Comitis filios* vocat Auctor: & ut ſubdit παῖδας ἢ μέγα δυναστῶν καὶ Βολγαρίᾳ κομήτων. Infra pag. 543. κόμητος ἀντὶ παῖδος ἢ υἱὸς νῦν κομητόπαλος κατονομάζομενος.

P. 508. Περὶ τοῦ δεύτερα ἔτη ἐμπ δυτερογαμοῦντος.) Laudatur a Græcis Monogamia, Bigamia toleratur, & mulctatur: Τριγαμία inviſa eſt: Τετραγαμία prohibita eſt penitus. Cui veto pœnæ ſubjicitur δεύτερα; Biennali Sacramentorum orbitati: de qua Nicephorus in Canonibus, Baſilius, Enchologium, & Canoniſtæ Græci. Rationem ſi quæras? Incontinentiam cohibent & puniunt.

P. 509. Πρωτοπαπᾶς.) *Eccleſiarum Palatii Archipresbyter*. Speciose de eo loquitur Xilander, & *Pontificum Palatinorum principem* facit. Strenuum Pontificii nominis vindicem agit.

P. 510. Προχειρισάμενον τῷ Ῥηγὶ Λαγγοβαρδίας. Δανδόλφῳ. Πανδόλφῳ potius crederem legendum, nomine Latinis uſitatiore. Contemporaneum autem Conſtantino octavo, Nicephoro huic Phocæ, & Joanni Zemiſci ſucceſſori Pandulphum Capuanum & Beneventanum principem, *ſibi Langobardiæ* hac de cauſa vocatum ab Auctore, bella etiamnum cum Græcis gerentem memorat Baronius annis 957. & 968. ex Chronico Longobardorum Beneventanorum principum.

P. 511. Μακρομάνδρα.) Joannem a corporis proceritate ſic dictum.

P. 514. Στρατοπεδάρχαι.) *Caſtrorum Menſoribus Præfectum*, *Metatorem præcipuum*.

P. 525. Περὶ ταξιδίου ναυτικοῦ ἐξόδου.) *Navigatio, ſeu iter mari conficiendum* eſt ταξίδιον, quo ſubditi gravantur, cum inſperato advenientem Imper. ſuſcipientes donis conciliant, comitatum alunt, abeuntem etiam proſequuntur muneribus, ac ſibi neceſſariis ad viam deſtruuntur. Quæ de Taxidio profert Xilander, ridicula ſunt.

Pag. 527. Τὸν μεγαλήτην σκίπωνα.) Ad magnum uſque *vallum* ſive *foſſam*.

Edit. Pariſ. pag. 54.

Pag. 520. Προὐβλήθη τυπίμασι, μίτρα φοίνικι ὅπτα τὸ ἄξιωμα τοῦτο.) Ejus munus ſunt in cives & Remp. Præfecto urbis non abſimile: is enim in Lexico anonymo Bibl. Regiæ dicitur ὁ τῶν πολιτικῶν ἀρχηγὸς, ἡγεμὼν, ἢ φοίνικα, *boni reginiinis vel Reip. præſes*, *Præfectus*, & *Præpoſitus*. Niſi malueris a Cooſilitis præcipuum affirmare, cum Conſtantinus Romani F. ſtatim ſub primis Imperii auſpiciis tres ſimul φοίνικας creaverit Scholarum Domeſticum, Protovestiarium, & Drungariam, quos non officiis adaugere, ſed in negotiorum adminiſtrationem magis ſecretam advocare potuit, & jam communi ſacta dignitate præcipuum ex eis φοινικοφόρον, ut habet Curopalates & Jus Græc. conſtituere.

Διαβήγλιόν δὲ ἢ τὸν τόμον.) Extat in Juris Græco-romani volumine lib. a. in quo, quæ Nicephori Novellas revulſit, Baſilii Porphyrogeniti auctior Novella ſubjungitur.

P. 528. Τὸν τῆς ἁγίας Ἀναστασίας ναὸν ἐμίσησε.) Anaſtaſias templum ἀναστάσιον quoque miraculo ſumam accepit: hinc promiſcua vocis arriſuque uſurpatio: Hic pro Chriſti Reſurrectione ſumitur. Vide Auctorem in Valentiniano juniore. pag. 249.

P. 530. Μονόξυλοι.) Lintres ſunt μονόξυλα, uno pinguioris arboris trunco excavati: ita leves ut etiam humeris transferantur. Περὶ τοῦ ἀπὸ τῆς Ῥωσικῆς ἐρχομένου Ῥῶς ῥῷ ἢ μονοξύλων ἐν ΚΠ. *De Ruſſis e Ruſſia C. P. in lintribus venientibus*, Conſtantinus de Adm. Imp. c. 9. diffuſe.

P. 531. Τὸν τῶν Ἀβάρων Ἀνωμὰ ἢ Κορτὸν τὸ βασιλικὸν ἀμφὶ Κορσὰ, ὃν οὖν ἢ βασιλικὸν συμπτυξάμενον.) Omiſit Xilandri conjectaris & corruptionibus, hæc verba ſic interpretor. *Hanc cum vidiſſet Anemas regia Cretum ſtirpe ſatus, Curupæ filius, unus Imperatoris ſatellitum*. Quid clarius? Nam paulo poſt Anemas hic, Cretenſium Ameræ, non Baſilii filius enunciabitur.

P. 534. Τῶν καθαίρων μαρτύρων Θεοδώρων.) Geminam Theodorum præcipuo cultu veneratur Græci. στρατηλάτου unum, alium τύρωνα, ac utrumque in bellis defenſorem propugnatoremque ceu καθαίρων invocabant, ac imagines in vexillis pictas ferebant. Codio. c. 6. n. aa.

P. 535. Εὑρέθησαν δὲ ἐν γράμμασι Ρωμαϊκοῖ.) Mihi nuper in Oriente degeoti numiſma hujuſmodi æneum, in Muſæum Thuanum deinde translatum, incidit in manus, cujus dictio quidem Græca, Character autem Latinus, *vel* γράμμασι Ρωμαϊκοῖ. hac figura ceruntur.



Εὐνούχου γένους τὰ πρῶτα.) Παρακοιμώμενον, de mote Eunuchi.

P. 536. Ἐσωτερικὸν ἢ ἐπιστάτην ἢ ἴδιον ἀποδείκνυσι τούτων ὁρισμόν.) Qualem Magiſtram Officiorum Orientis deſcribit Commeotator Notitiæ Imperii cap. 62.

Τῷ τάγματι τῶν ἑταιρειαρχῶν.) Quorum agmen virla bellica laude tam claris, generoſis, ac fortibus erat collectum, ut ſinguli quique ἑταιρειάρχαι, *Militum Magiſtri* cenſerentur.

Τῶν μάγνα ἀντὶ ἐπιδιαίων βασιλικῶν.) Ceu equiſones flagellis Imperatores inſtruit Xilander: Codious duplici Sceptro, Cruce nimirum & Ferula, cap. 17. n. 35. τὴν μὲν δεξιὰ χειρὶ κατέχει ἢ σκῆπτρον, τὴν δὲ ἀριστερᾷ κατέχει ῥάβδον. Utraque ſceptrum eſt, & ut loquitur Lexicon Anonymum Bib. Reg. na. 930. σκῆπτρον, βασιλικὴ ῥάβδος, *Regia virga*. Symeon quidem Theſſalonices Metropolita Crucem ferre *ac ſignum & inveniri ad pietatis oſtentionem* aſſerit, ᾗ ὑπὸ ῥάβδου καμβύκη, ſubdit ille, ἢ βαρίαν τινὰ ἢ σκληρὰν, ἀλλ' ἐλαφρὰν ἢ μαλακὴν: ἥτις τὸ τοῦ ἄκρου ἐν φυτοῦ, ἔχει μὲ ὑγρὸν, ἢ φλογερὸν, μηδὲ σωτῆρα ἢ ἀφανίζον. *Inſuper etiam virgam* (Narthecem, ſive Ferulam) *aſſumit, non gravem quamplam & duram, ſed levem & mollem propter mitem correptionis facultatem, abſque iracundiæ vel intemeratæ pernicici metu, neque ut confringat & macles*: Eſtque illa βασιλικὴ μάστιξ Bardę per ſomnum oſtenſa.

P. 537. Ὁ Σύγκελος Στέφανος ἢ ὁ Νικομηδείας φοίβιος.) Syncellum Sacerdotem, ſpiritus patrem, Patriarchæ ſocium ac contubernalem primis temporibus fuiſſe. Nota pag. 2. manifeſtavit. Eumdem deinde annorum proceſſu, non Ceillæ modo & habitationis conſortem, ſed & Patriarchæ ſucceſſorem deſignatum Nota pag. 360. declarat, prædicant exempla plurium a Syncelli dignitate ad Patriarcharum ſedem evectorum, ipſe Auctor perſpicuis verbis teſtatur inferius pag. 606. Jam cum hic Stephanus, nec throni ſucceſſor fuerit, nec eſſet Patriarchæ Concellaneus, ut qui Nicomediæ, ceu præſul, pro ſolito reſideret, qui Syncelli nomen & dignitatem gerit? Honores immodice ſemper ambierunt Græci, nec officii cu-

ſpiam fingentes miniſterio, dignitatis aortem tribui ſibi non infrequenter cupiebant; unde Magiſtratuum apud eos, decreſcente Imperio, integræ cohortes, qui vigente in tot negotiorum turbis unus erat, & apud Codinum pluries repetita vox, *τὸ δὲ γε ἀφέλιμον ὐκ ἀπρόσιτον*. Cum itaque vita functo Patriarcha, ſcitis ſucceſſionem plures expectent, pluresque quoque Syncelli titulo ſpem alere nitebantur, aut ſaltem honoris vanam cupidinem. Hinc Syncellorum examina, ac remotis a Patriarchæ domo Præſulibus, qui nuſquam ſedis hæredes ſuetant, conceſſum Syncelli nomen: Qui cum ab impoſiti nominis exordio, in publicis Eccleſiæ conventibus, multos annos Patriarchæ precari ſoleret, ac in miſſarum ſolemnitatibus, ea verba ſacris ex adytis pronuntiare, quibus ad orandum pro Patriarcha populus commoneretur, is ideo & ſacerdos eſſe, & Patriarchæ concelebrare tenebatur, ac ipſe idem *φρουτοσύγκελος* erat in magna Eccleſia qui hujuſmodi munus, velut Syncellorum ſpectatiſſimus obiret, ac *τετραπροχεὶρ συγκέλλων* audiebat, relictis in Syncellorum turba, cum nomen commune factum eſt, cæteris, qui privatis in Eccleſiis id exequerentur muneris. Addo & Spirituales a Confeſſionibus patres Imperatorem ubique comitantes, ac in Palatio (cujus intimum & ſecretius cubiculum vocabatur *κελλίον* ex Codino) commorantes, ut ipſi *Cancellanos*, Syncellorum appellatione ornatos. Teſtis eſt Phrantzes Joannis ad Concilium Florentinum proficiſcentis deſcribens comitatam. *Aderant ei*, inquit, *Sacerdotes ſui* (a Patriarchicis diverſi) *& Spiritualis Pater Gregorius, magnus Protoſyngelas*. Magnus hic, ut a Patriarchæ Protoſyncello alio diſtinctus. His adde inferius legenda pag. 565. e. 566. ne pleriſque Syncelli vox ignota dubium ingerat, ex dictis non evolutum.

P. 538. *Μιλιαρήσιος Σκραμλιώτ*. Pace cum illis compoſita, inter *σπονδὰς*, de quibus Auctor loquitur, annumeratis.

Pag. 539. *Ατταλιάτ*.) Ab Attalia Pamphyliæ urbe, ſicut & Cibyra minoris Aſiæ, navali præclara.

Διξίμιον.) Scribit Interpres *διξίμιος*: Retineo *διξίμιον*: ad Joannem enim Auctor ipſe retulit *τὸ διξίμιον*, ſicut & *τὸ βιδομάριον*.

Pag. 544. *Διὰ τὸ βραχὺ τὰς ἡλικίας Κανταζηνὸν ὀνομάζω*.) *Κανταζὴς* enim Græcis *parvum*, *modicum*, *brevem* ſignificat.

Τὸν σφυρᾶν. *Trulli*.

Pag. 545. *Ἀπὸ τῆς νήσου Τένεδον*.) Unde Turci tenedini Orientales exponit Auctor pag 600.

Pag. 548. *Τὸν σπαρμένον ἐπιτίθεσι*.) *Quid ſit σπαρμένον*, *neſcio*, inquit Xilander. Docent Heſychius *δῶν λάχνη*. Suidas *δῶν ἀκοντίου*. Tzetzes. *ἀκόντιον*. Legitur N. 25. Phinees Iſraelitam ſcortumque turpiter copulatos *σπαρμένῳ* confeciſſe pro quo Aquila ponit, *κοντάριον*: Symmachus, *δόρυ*: Vulgata *Pugionem*. Lexicon Anon alibi jam citatum *δῶν ἀκοντίου, λόγχου*.

Ἀφ' ἑνὸς ξύλου καὶ σανίδι ἢ πτύῳ.) Senſum quidem, non verba paroemiæ Xilander aſſequutus eſt. Quid enim in *ventilabro* ville, aut quid a cruce ſic alienum, ut cum de pretio fit ſermo, ea tremam oppoſitum teneat? At tenebit certe, ſi germano in ſignificatu pro *ligaco batillo* quo terra, radera, ſordes exportari vel moveri ſolent, ſumatur. Senſum hunc jam ab antiquo babuiſſe teſtatur Euchologium in deſanctorum Officio, quo ſacerdos terram injecturus cadaveri *πτύον* aſſumere, & *πτύῳ* eam reſpergere legitur. *πτυάριον*, & corruptius *πτυάρι* moderni pronunciant: Ita Lexicon anonymum Bibl. Reg *πτύον*, *πτυάριον*.

Ἐπεκτείνων.) Hæc voa quantumlibet reclamante Xilandro retinenda, & verſio hoc pacto corrigenda. *qui rebellionibus aſſueti & exercitati, data occaſione, &c.*

Pag. 549. *Ἐκ ἰσαύρων χωρίου ἀκρόνδου*.) Bene meritum de Xilandro, gratiam liquidem polliceor in Annotationibus, hac leve dico ſanxiſſe Imperatorem, non ut ſcribit ipſe, *privatorum potentia publica quæque bona in ſuum rem redigeret, dum alia ſubinde alibi prædia adjiceret*: verum ne publici Magiſtratus dum gererent officium, privatorum bona, etiam dato pretio, ſibi compararent, atque exinde aliis alia prædia facile coacervarent, & conjungerent. Blaſtares cap. 4. *τὸ* Ἀσαχίου. ex Politeiis legibus hanc refert, *περὶ ἀγορᾶς καὶ πράσεως*. *Ὁ κρατῶν ἀρχείου ἢ ὑπαρχίας, ἢ δύναται κινεῖν, ἢ ἀκίνητον ἀγοράζων ἢ πιπρᾷ πράγμα, ἢ δὲ ἀνεῖ, ἢ δι' ἑτέρου, οἷ μὴ περὶ τῶ δημοσίου· ἢ γὰρ ἢ τῶ πράγματος ἐκπίπτει, ἢ τὸ δοθὲν τίμημα ὐκ ἀπαιτεῖται τινι. Officium quodvis gerens in aliqua provincia Magiſtratus, mobile vel immobile quippiam in ea nequit, vel per ſeipſum, vel per alium, niſi forte a publico emere. Aliat empta re excidat, & depoſitum pretium non recipiat.*

Pag. 550. *Εἰ τιμᾶσθαι αὐτὸς τοῖς οἱ δυο ἀφ' αὐτῶ συνεῖναι, ἀνίνεν ὀφείλοντος κατασκάλλω τὸν ζυλὸν*.) Nihil hic mancum aut imilium Xilandro ſenſum percipienti. *Si modo patricii bonoribus augerentur, quam eamdem quoque dignitatem, eo vivit erepto, duo ejus filii conſequerentur*. Hacque conditione Chryſelius Imperatori Dyrrachium proJebat.

Ὁ βαλσὰς.) Sic *balſam* & *mutum* vocant Græci.

P. 551. *Ἰλλικεῖον*.) *Nobiles* hic interpretor. Favet Auctor ſubdens, ac *ἐρατηγικὰς ἀρχὰς ἢ ἀφ' ἑαυτῶν* vocans hos *Illuſtres*. Suffragantur Baſilic. Gloſſæ, quæ *Ἰλλικεῖον* ceu *ἔνδοξον* exponunt. Confirmat Blaſtares cap. 17 *τὸ* Π *ναχεὶν* mulierem *nobilem* Ἰλλυριάν appellans. *Ἡ δὲ Ἰλλυριὰς γεγαμὴ ἔχουσα φαῦλον ἢ πορνικὸν· Illuſtris vero quæ legitimos, vel ex adulterio ſuſcepit liberos, &c.*

Τὸ σφαῖρα τῆς Παλατιανῆς.) Ut Comitem privatarum rerum & peculiaris fiſci Imperator habebat, Privati Ærarii præfectum delineeps dictum: ita & Eccleſiæ ſuos Curatores, Defenſores, Oeconomos, & ut Auctor loquitur *Παλατιανὰς*, Gszophylacii præſides.

Ἀρχοντα Ἀρτοχίας.) Prius *Δάνα* vocaverat.

P. 554. *Βλαδισλάβα*.) Ladislai. *Edit. Paiſ. pag. 55.*

Δίμα.) Turris *ἐν κλεισοῦρᾳ* in *Claſa*, five *muro* inter duos montes aſperos erecto, ad quam aditus hic paſſim dicitur *κλεῖσον*.

P. 555. *Χριστιανὸς γεγράφασι*.) Id eſt *Χριστόβιβρ*.

P. 556. *Εἰς Χαζαρίαν*.) Verſus Alanos & Tanaim ſitam.

P. 557. *Βεζέτε Τζέσαρ*.) Verbis Latinis, vel potius Italis *Fugite o Ceſar*: pronuntiatione Italis eiſdem propria.

P. 558. *Πάλαι δὲ Ἀχαΐς*.) Verba minime cohærent, inquit Xilander. Imo non cohæret Interpres Auctori. Poſt hæc itaque verba *πάλαι δὲ Ἀχαΐς*, ſubjiciatur parentheſis, cujus meta ſit in his aliis: *περὶ τὸ Εἰλικρινὲς φαίνεται*, nihil tunc mutilum aut obſcurum extat. *Πάλαι δὲ Ἀχαΐς μητρόπολις ἦν τῆς πάλαι Βυζαντίας*. Ipſa eſt nominatiſſima illa Juſtiniana prima Juſtiniani patria, qua Eccleſiaſticis qua Politicis ſupra plurimas urbes evecta. De qua Gregoras lib. 2. Ipſe Juſtinianus Novella II. Cujacius ad eum, & Geographi omnes.

Pag. 561. *Στεφάνῳ χρυσῷ λόφον ἐφιππίων ἔχοντι*.) Corona hæc *Γρυπαχία* eſt Codini, judice Coreſio Chienſi, triumphantium Imp. ornamentum.

Πρώτου δὲ ἢ πρωτοβεστιάριος τὸ ἐκ τοῦ βασιλικοῦ τάγ.) Quem ſuperius Auctor *φρουτοσπάθ τὸ πανσέβ* vocavit, de quo jam abunde.

Pag 562. *Ἀρχοντα Ἀβασγίας*.) Provinciæ Scythicæ Aſiaticæ vicinæ Iberibus.

Πρωτονοτάριος.) Quem Notitia Imperii *Primicerium Notariorum* vocat, de cujus officio, inſignibus & privilegiis Pancirollus in Comm.

Ἐν τῷ τοπῳ τὰ Ἀσπρόγιον.) Juxta Conſtantinopolim inter Proten & Platen ſita.

Δυσὶ ἔτεσι Θεσσαλονίκην,) His temporibus Ducem habuit Theſſalonica, & decreſcente Imperio augebantur dignitates.

Στρατηγοῦσι Βουκελλαρίων.) *Bucellariorum* eſſe provinciam contendit Pancirollus in Not. Imp. cap. 47. Negat Rigaltius in Tact. Lexico, & *Bucellarum*, Annonæ clarius dicam, œconomos, provifores, portitoreſque facit; illi lubentius aſſentior: nam Galatas ac Gallogræcos ſoliti ſuerunt ea exercituum duces huic officio nuncupare: unde factum, ut annonæ miniſtri, Bucellarii Galatæ, videantur officii ſui nomen patriæ tribuiſſe.

Ὀξεῖα νῆσος.) Parva Propontidis inſula. Plare vero, tertia eſt a CP. meridiē verſus in eadem Propontide.

Pag. 565. *Ἱερατικὰ τὰ*.) *Sacra nuptiali benedictione conſectatur*.

Προσδιομιλοῦσι τὰ Συγκέλλοις τῷ συνεδρίῳ) *Συνέδριον*

ſedes eſt ad murum in gyrum altaris, & ſi vellis ſedilium in Choro ſeries, qua cum Presbyteris Epiſcopus, vel cum Pontificibus Patriarcha conſidet: unde Euchologium *Conſeſſum* vocat & *Throni ejuſdem conſortium*. In eo Synoelli (vel ut quidam ἐκφυτον Disconi, Eccleſiæ magnæ Clerici, ſive Officiales, de quibus abunde Jus Græcoromanum) non conſeſſum modo, ſed & præceſſum (ut Romanos Cardinales, Epiſcopis, quoad hoc honoris φοτίσμα, prælatos imitarentur) votis omnibus, vi, gratia præ reliquis Sacerdotibus ac Pontificibus occupare ſint conati. Videatur memoratum Juris Græc. volumen Medita. de Chartophylace, & in Alexii Comneni Novellis.

Ἐκ τῆ ἀπὸ τῆ Ἀδω.) Ex Monachorum & Monaſteriorum ſtupendo numero, ἀγία ἄπω poſteriori bus ſæculis nomen adepto.

Μετόχιον,) Monaſterium.

Τελίχ.) Regio & urbs circa Taurum montem. Ortelius ex Curopalate.

Μιδικὸν.) Galatiæ urbe,

Στρατηγὸς αὐτοκράτορος.) *Exercitus Imperatorem & famulum ducem*. Syneſius Orat. de Regno. αὐτοκράτορα ἄνωθεν τοῦτο. ὁ δὲ αὐτοκράτωρ ἑαυτὸν στρατηγὸν ἐπὶ πᾶσι τοῖς ὑπηκόοις. ἐξ ἑαυτοῦ γὰρ ἡ Παλλὰς ἔτλαν ἀδικεῖσθαι αὐτοκράτορος στρατηγοῦ. *Imperatorem vocat ſuorum militaris nomen eſt, qui agenda omnia ſe ſcepit. Ita Ephiates & Periclet Athenis ſumma poteſtate præditi Duces navis ibant.* *Edit. Pariſ. pag. 56.*

P. 570 Τὸ τῆ ψήφου χίσμα. Xilander.) *Incruſtationem argento ſectam*. Rupino. *Mari ſuccinum inſcelis arrecatis pictoris more linitam*. Χρῖσμα ſiquidem pictorum eſt, non argentariorum; nec quiſquam argenteis laminis Blachernenſe templum circumvellitum memorat.

Παιδιοφίλη.) Urbi anon virl nomen, ex Ortelio. Vertendum itaque *Petrihoreti Epiſcopo*.

P. 571. Ῥῶμε μετὰ τ αἰ ευρόντων.) Ἐν τοῖ ὑποκάτω. Suid.

Οὐρμίδα.) Aliam Aſiaticam regionem in Ponto. Ortelius.

P. 572. Πηγαίτιτ.) *Cujus mentum latius*.

P. 573. Τὰς τῆ ὑδάτων ὁλκὰς, ἢ τὰς ὑδραγωγίας αὐτῆ καλεῖται.) Ὁλκὰς *Canales*, & aquarum longius deductarum ſubterraneor, vel etiam erectos in Aquæductibus *rubos* interpretor: Καταλλήλους ipſos Aquæductuum *arcus* & *pontes* quibus ſuperlabitur.

Λεπροκομεῖον.) *Leproſorum hoſpitalis domus*;

Ἀγυρτικὸν μετάλλευτα τὸ χρῦσ.) Circulatores, vel Circumitores medici φαρμακοπῶλαι, huc illuc curatori, circumcurſantes, ſerpentes & venena circumferentes, quibus omne morborum genere remedia, garrulo verborum examine, ſe allaturos promittunt: a quibus Imperatoris τὰ χρίσματα.

Ἀρχὼν τῆ Παιδίου.) Παιδίωτα. Militiæ miniſtri, Buccinatoribus junctl circa Imperatoris menſam. Παίδιον eorum turma apud Anonymum Rogatii & Meurſi.

Κατὰ τὰν ὁμίμον τῆς ἁγίας μεγάλης πέμπτης. Hanc donativi ſeu ſtipendi diſtributionem, ſe præſente, propria imperatoris opera, ſolemni apparatu, Palmarum pervigilio peractam, deſcribit Luitprandus Ticinenſis lib. 6. Baſilamon de illa ſe nihil promeritum conjecerit opuſculo lib. 7. Juris Græcoromani reperiendo.

P. 576. Κάστρα ἐ φρέατα.) Interpres *Arces & caſtella*. Aptius. *Urbes & caſtella*. Urbes enim Auctor frequentiſſime vocat κάστρα. Sic Beneventum, Capuam, Barium in ſuper oribus.

P. 578. Τὸ ἔχων μανδύλιον.) *Mandylium* vulgo *Sudarium, mantile*. ἔχων ἐπιμανίκια vocavit nuper auctor p. 595. Lexicon anonymum Bib. Reg. Μανδύλιον, χειρόμακτρον.

Τὰν ἀρὸς Ἀδριανὸν ἐπιτολὴν.) Ἐπιτολὴν. Auctor ibid.

Ὁ μέγας Δομέστικος.) Primo hic in Auctore legitur, ſub quo militabant & alii ἢ Ἀνατολικῶν, ἢ Δυτικῶν, ἐ ἢ Θρακησίων.

Βουλόμενος δὲ ἢ ἐνεργαστῆς ὁ Πατριάρχης.) Xilander, hæretice & ambigue *ſupplicium*: plane & catholice *proceſſionem*.

Βαπτιζῆ.) Juxta vulgarem ſenſum *Baptiſmi fontibus ſuſcipiebat*.

Pag. 583. Τῷ Κράλη.) Xilander *dittoni*. Verius *regi*. Crales Bulgarica lingua. *Rex*.

Ἅρματα.) *Arma* jam ſignificat, non *currus*.

Pag. 584. Κατζιμίνου.) *Simus*.

Pag. 586. Νοβελλισσίμων τιτλων.) Tres Conſtantini magni tempore titulı fuere præcipui, Auguſti, Cæſaris, Nobiliſſimi. Auguſtus, Imperator, Cæſar, Imperii ſucceſſor; Nobiliſſimus Cæſarei nominis quandoque potiundi ſpe fovebatur: unde non niſi ultimi Imp. filii vel affines præcipui eo titulo legimus Imperio florente ornatos. Plura de Nobiliſſimo Trivorius Obſerv. Apol. cap. 10.

P. 587. Ἀναφορὰ.) *Relationem* reddit Interpres, quia dirigitur ad populum. Dicerem quoque *decretum* ab Imperatore editum. Aptius redditur *liber apologeticus, & facti probata defenſio*.

Σταυροτύπτου.) Verbis publice fidem facturus, τὸ τίμιον ξύλον, *crucem venerandam* tangit: privatim, crucem aliquam oſtentat, vel tranſverſis indicibus eam efformat, & per eam juratus eam oſculatur: ſcriptis quoque quidpiam firmans vel polliciturus, in charta vertice, ceu ſacramenti ſymbolum, eam apponit: de quo in ſuperioribus. Hinc *perjurus* quivis fidem exarata vel facta cruce oppignorans; non fidem, ſed *crucem proculcare*, temnere, conipuere, ceu σταυροπάτας genie ur. Leo Grammaticus. ἐξορκισμοὶ καὶ ὅρκοι, καὶ σταυροπάται. *Perjuri & fidei (cruce facta) violatores deleti*.

Κατὰ τὰ Ἐξκουβίτωρα.) *Locum & ſtationem Palatii Excubitorum*. Codinus de Orig. CP. ἔκτισε τὰ παλάτια τὰ Χαλκῆ, ἢ ἦν Ἐξκουβίτωρ. *Chalcei & Excubitorum Palatia conſtruxit*. Alibi tamen ipſas *Excubias* τοῦ παλατίου, τὰν παλατίαν πατρικιάδα, ἢ τάγμα ἦν Ἐξκουβίτωρ, ut Rufinus & Conſtantinus ſcribunt, ſignificat, de quo nulla difficultas.

P. 588. Ἡ τεσσαρακοστή.) Oppoſitus Paſchæ dies, & octavus. Antipaſcha eſt, qui κυριακὴ τοῦ Θωμᾶ, a lecto Evangelio, nobis Dominica in Albis ἡ τέταρτη qui ſequitur. Martis dies.

P. 589. Ἀργυρίου ἀφ' ἡ ὑπορράπτει μυστιχοφόρτα δρομάδων.) Thori miniſter, ſive tardius in lecto decubituro principi miniſtrans, adductiſque & expanſis circumquaque ittarl corlnis eum obvelans Ἀργυρίου eſt, παρὰ τοῦ ἀργίου ἀφῃ τὰ κλίνη, *qui reliquis tardius circa lectum immoratur*.

Δουκὸς Βάνου.) Qui lites ortas inter Saracenos, alioſque ſep. entrionales infideles ortas judicaret, & de illis ex æquo & bono decerneret, in hoc a judice Caſtrenſi diſcretus, quod hic Chriſtianis Imperatori militantibus, ille cunctis a Chriſti fide alienis jus diceret. Auctor anum memorat, alium Godlus nempe quinquageſimum ſecundum inter officiales recenſet.

Τὸν ἐκκλησίαν γαμεῖν παρὰ τοῦ πρώτου πρεσβυτέρου τῆς νέας.) Xilander. *Conſecrante matrimonium primo novæ Romæ Presbytero*. Ridicule, & ut lubet ex captu ſibi fingit in nova Roma Presbyteros. Sanctus itaque & verius. *Peradis nuptialis benedictionis ſolemnitate, ab Eccleſia novæ Archipresbytero*. Erat autem ἡ νέα, Eccleſia in Palatio a Baſilio Imp. conſtructa: de qua Auctor pag. 462.

P. 590 Ἀρχηγὸν ἐχόντων Ἀπουλίαν.) Arduino Longobardo duce Normanni Apulia potiti ſunt, eaque inter ſe diviſa Græcorum amici nonnumquam effecti. Leo Oſtienſis lib. 2. cap. 68.

P. 592. Τὸν Φωβερᾶτον.) Error tollendus, quo Fœderati & Fœderati idem cenſentur. Hi ex omni extera natione, illi ex ſubditis Piſidis & Lycaonibus, ut hic auctor enarrat.

P. 592. Τὸν Σαβεκτζῆρον Στέφανον.) Imperii ſibi delati nuncium Σαβεκτζῆνος nomine remunerabant Græci Imperatores, quaſi qui Auguſti dignitatem obtuliſſet. Moris uſum in Stephano manifeſtat Auctor, & Σαβεκτζῆρου appellationis cauſam indicat, eo quod τὰ νῦν ἐκπωμάτια Ἐξεγγελᾶν τάτῃ ἐκαλοῦντο. Zonaras eo quod Imperii inſignibus illum ornaſſet.

P. 595. Μαῖαν.) Non *dominæ*, ſed *matrem*.

Τοὺ δὲ δοῦλα μὲν ἀνομολογοῦντα, τυλαμῆτιον δὲ ἔδοσαν τῷ

βασιλεῖ.) Mutilus hic Xilandri, noo litteræ, ſeẽfus. Hujuſmodi vero eſt. *at quamvis ſe ſubditum* (vaſſallum) *profiteretur, tamen bello decernendum ſibi ſtatuit Imperator.* Clarius legerat alius. τῷ δὲ δοκεῖν μὲν ὑποτάττεσθαι, πολεμεῖσθαι γὰρ οὐκ ἔφη βασιλεῖ. *Et quamvis ſe ſubditum profiteri, bellum indicendum eſſe Imperator.*

Pag. 596. Φρίξια καὶ χαῖτα.) *Caſtella & pagi* χωρία moderna lingua *pagus.*

Βοεάρχαι.) Exiſtimavi dictius, quod & aliis cum Meurſio placuit, Veſtiariorum præcipuum hac voce indicari. At cum is idem Jaſites nuper ſit dictus Βοεὺς & ἄρχων τῆς Ἰβηρίας ἀφιδρυμένης, ac infra pag. 602. Α τῆς χώρας id eſt Baaſpracanias ἄρχων Ἀνὼν Βοεὺς, & confeſtim Βοεὺς Κατεπάνω τοῦ Ἄνω, τῆς Ἰβηρίας κατάρχων legatur, relicta priore ſententia, Iberorum dialecto, & more regionis, principem Βόεν nuncupari cenſui: prout leguntur Bulgaros, Chaganum; Saracenos, Ameram; Triballos, Cralem; regulos ſuos vocitare. *Edit. Pariſ. pag. 57.*

Καὶ τὸν ἀπὸ δόλου Κατεντῖνον μάγιστρον τὸν Ἀλανόν.) Auctoris, ceu ſana retenta lectione, monendus Xilander, eumdem qui Magiſter eſt, eſſe poſſe ſervum. An non Dux in aliqua provincia, regis ſubditus eſt, &, ut ajunt, Vaſallus? Vox enim δόλος non in humilis ſervi, ſed in honorarii ſubditi ſignificatu hic jacet. Ad rem noſtram. Cæcilius te ſe nuper Imperatoris ſervum, id eſt ſubditum fuiſſe profeſſus: τὸν δὲ δόλον μὲν ἑαυτὸν ἀπωμολογεῖτο, at non alio propoſito niſi ut in Anium Iberiamque perpetuum ſibi vindicaret principatum. Iſque Conſtantinus pariter, Magiſtri dignitate in aula CP. profectus, ſimul potuit Alaniæ portionis ab Imperatore renunciari dominus, ac ut ſubditus, ſeu Vaſallus ſub eodem in bellis meteri.

Pag. 598. Ἀντίσφιγμα τῇ βασιλίδι Χρυσόπολι.) Turcis nunc *Scutarei*, male a quibuſdam cum Chalcedone inferius ſita confunditur.

Τὸν ἅγιον ἀνάργυρον.) Colinæ & Damiani *nulla ſpe mercedis* medicam artem ex charitate *obeuntium.*

Στραβωνίτου.) *Obſtorti naſi.* Facilia Græcis ex corporum defectibus cognomina.

Pag. 601. Τοῦ Ἀγχιάλου ἔφη.) Non a dictione vel prædio, ſed a matre, (ex qua quandoque, ſi ſpectatior ſit & oominatior, Græci filios appellant) Stephanus hic dicitur Ἀγχιάλιος ἔφης: alias, juxta Xilandrum, prædii vel ditionis filius eſt aſſerendus.

Pag. 609. Τεμένιζον.) Olim Sardicen.

Pag. 615. Ὁ Ἀκόλουθος.) Codinus de Offic. cap. 5. Ὁ Ἀκόλουθος δεξιότερον μὲν ἵστηται τοῦ Βαϊγλάτου. ἀκόλουθοι δὲ τῷ βασιλεῖ ἐμπροσθεν εἰσὶν. ἀφ᾽ οὗ τοῦτο, ἢ Ἀκόλουθοι λέγονται. *Acoluthus Barangarum* (ii ſunt Satellites ex Occiduis regionibus Imperatori militantes) *præfectus eſt. Eo de cauſa, Acoluthus, id eſt Sectator, appellatus.*

Pag. 618. Ὁ Πρωτόνωτος.) Qui & μέγας ἄρχων. Inter ἄρχοντας enim & κατάρχοντας Præſides Rectoreſque provinciarum, unus quiſpiam boooris gratia Πρωτόνωτος ſeu μέγας ἄρχων ab Imperatore deſignatus, ſalutabatur. Coreſius.

P. 620. Τὸ στρατόπεδον Στρατήγιον.) Locus eſt in quinta Urbis regione. Cenſet Pancirollus eſſe caſtra Prætoriana, in quibus quia luſerat forſan Michael, ad illud alluſerunt cives.

Διὰ γραμμάτων.) Γράμμα *capitis tegmen, formam pilei* vel *galeri* una ratione caput obumbrantem habuiſſe non ſuſpicor, quin potius *Puſcium* vel *Tænium* fuiſſe pro unuſcujuſque libito contortam, ad Turcici tegminis ſtar: linea enim fuit ut Auctor ſuggerit, & quia variis coloribus depicta, γράμματος obtinuit nomen: quæ vero byſſo lineis purpureis varia texebatur, μιτογράμματος, Imperatoris juſſu, vocata fuit. Veſtium porro γράμματα dicunt Græci quamlibet in eis colorum florum ſtellarum & figurarum varietatem. Lexicon anonymum ſæpius laudatum V. στιβωνόμορφος. ὁ φορὰν ἔχων ἐκ τοῦ ὑπερθεν ποικίλα, οἷα γράμματα. *Indutus ornatu notis ſtellisque velut litteris enarratis.*

